quod est obiectū imediatū vtriusqꝫ noli
tionis. Quartū.quid causat ignis vtro

biqz in ipsum spm. Ad p^m illoꝝ dico ꝙ sic patitur spūs vtrobiqz qꝛ detinetur in igne contra suā voluntatē: ita ꝙ habet nolitionē. ex qua sequitur doloꝛ vel tristicia in voluntate ⁊ ista nolitio simul ⁊ tristicia est pena purgatoꝛij ⁊ similiter infernalis. sed vna est tēpoꝛalis ⁊ alia ē eterna. Ad 2^m pōt dici. si quis audet dicere ꝙ causatur totaliter a deo ⁊ conseruatur. ⁊ hoc videtur rōnal^e. qꝛ sicut deus est causa totalis premij. ita ⁊ pene ⁊ ẜm hoc patet faciliter quō spūs nō potest. illā nolitionē perdere. qꝛ nō est ī potestate sua. Aliter dico ꝙ vtraqz nolitio cātur a voluntate spūs ⁊ conseruatur sed deus qui om̄ia futura videt: cognoscit clare etiā quando i^m ac^m vult voluntas a suspendere ⁊ preuenit īpediēdo suspentōem ⁊ totaliter tunc conseruat et ẜm hoc nisi deus preueniret posset volūtas illū actū suspendere. Si dicat saltē libere causat illā nolitōem. ⁊ per consequens pōt nō causare. Pōt dici ꝙ naturaliter causat ⁊ naturaliter conseruat: ⁊ tūc nō est difficultas. Potest etiā dici ꝙ libere causat. ⁊ tunc si nō causarz deus eius vicē in causando ⁊ conseruādo suppleret. Ad 3^m pōt dici ꝙ obiectū īmediatū nolitionis spūs existentis in purgatoꝛio est pctm̄ illud ꝓpter qō punitur. Puta nolet fecisse tale peccatum per quod deū offendit. ⁊ illā penaz sustinet: nollet etiam eē in i^o loco si deo placeret: ex qb^9 cāt i^a trist^a ī eo ⁊ i^a duo integrant penā purgatoꝛij. Obiectū autē spiritus infernalis videtur esse multiplex: puta actus nolendi deum quia punit eum. similiter dolet ⁊ nolet se perdidisse beatitudinē: nollet etiā esse in tali loco a quo quidē pꝛohibetur exire. non quidē per ignē sed per deū. Ista autem nolitio cum tristicia sequenti est pena infernalis: ⁊ foꝛte odit seipsum: quia demeruit beatitudinē sicut aliquis displicet sibi ipsi pꝛo peccato suo Ad quartum ⁊ pꝛincipale dico ꝙ spūs vl' anima non patitur recipiendo aliquā qualitatem coꝛpoꝛalē: puta caloꝛē vel aliquid tale: sed patitur. quia ignis causat in eo per modū obiecti cognitōem intuitiuam ⁊ ab^am respectu sui. quā visionē sequit nolitio: tristicia siue odium:

# Uicesima questio.

Trum actus exterioꝛ habeat pꝛopriā bonitatē vl' maliciā moꝛalē. ꝙ sic. quia actus exterioꝛ est bonus ⁊ non habet bonitatem actus interioꝛis. ergo distincta bonitate. Contra nullus actus naturalis est bonus moꝛaliter pꝛopria bonitate: sed actus exterioꝛ quicūqz ē: ē hmōi ergo ⁊c. In ista questiōe dicit sco. ꝙ sic q. xvij quod pꝛobatur. pꝛimo distincta pctā pꝛohibentur distinctis pceptis negatiuis. sed distinctis pceptis pꝛohibētur actus nterioꝛ ⁊ exterioꝛ. ergo sunt disticta peccata. ⁊ per consequēs habēt distinctā bonitatē vel maliciā. Preterea Augustin^9. i3. de trini. c. ix. ⁊. xiiij^o. sola volūtate quisqz miser efficitur. sz miserioꝛ ptāte qua desideriū male volūtatis impletur pꝛo facto: ꝙuis ⁊ sic male volendo miser esset. minus tamen esset si nihil eoꝝ que pꝛopterea voluisset habere potuisset. Pꝛopterea bonitas moꝛalis actus est integritas eoꝛum que ẜm dictamen recte rōnis debent conuenire actui: sed alia est integritas eorū que ẜm rectam rationem debent conuenire

actui interiori ⁊ exteriori. ergo alia est
bonitas. Preterea plus punitur ac
tus interior ⁊ exterior simul ꝙ̃ interior
solum: immo exterior plus punitur per se
ꝙ̃ interior. ergo est peior. Sed illam o/
pinionem nō teneo. ideo primo dandus
est intellectus questionis. ⁊ 2° ad questi
onem. Circa p^m vo dico ꝙ nō intelli
gitur questio de substātia actus interio/
ris ⁊ exterioris vtrum scilicet sit alia: et
alia substantia actus. quia manifestum
est ꝙ est alius ⁊ alius actus. nec intelligi
tur de essentia li bonitate. vtrum scilicet
actus exterior sit essentialiter bonus vt
malus circunscripto omni alio actu si/
cut actus voluntatis est bonus vel ma
lus. quia manifestum est ꝙ non. quia
omnis actus exterior potest elici a fre/
netico vel fatuo qui tamen pro tunc ac
tum virtuosuꝫ non possunt habere: nec
intelligitur de actu interiori ⁊ exteriori
in diuersis: sed in eodem tempore. Est er
go intellectus questionis quando ac/
tus interior bonus elicitur ⁊ actus exte
rior per talem conformiter elicit' vtruꝫ
actus exterior per talem conformitateꝫ
ad interiorem aliquid recipit vel acqui
rit preter actum. Et sic intelligendo que
stionem dico ꝙ non. quia si sic aut illa
bonitas moralis est ipse actus aut ali/
quid preter actum non actus: quia ille
actus exterior qui nunc est bonus. ideꝫ
potest esse malus. patet de actu ambu/
landi ad ecclesiam propter honoreꝫ dei
aut propter vanam gloriam: ergo illa
bonitas est aliquid preter actum: aut er
go est subiectiue in actu' aut non. si non
tunc illa bonitas non potest poni nisi ac
tus interior. Si sic. Contra. non po/
test esse qualitas inherens sibi: nec re/
spectus. Tum quia talis respectus
non est ponendus sicut alibi patet. Tum
quia si talis ponatur: non potest esse nisi
respectus conformitatis ⁊ dependentie
actus exterioris. Ad interiorem: puta.
quia elicitur. conformiter actui interio
ri. Sed talis respectus conuenit actui
causarum naturalium approximatarum
passiuis per actum interiorem. puta vo
luntas imperet ꝙ ignis accendat cande
lam in ecclesia ad honorem dei ⁊ appro
ximentur: statim actus ignis confor/
matur actui interiori. Similiter volun/
tas imperet asino ꝙ faciat in ecclesia fe
ditates suas: ⁊ asinus approximetur ec
clesie: ⁊ non sit impedimentum statim ac
tus conformatur actui interiori volun/
tatis. ⁊ tamen non habet propriam bo/
nitatem. vel maliciam: ergo nec in pro/
posito. Unde actus exterior eiusdem
suppositi nullam conformitatem habet
ad actuꝫ interiorē quin consimilem pos
set habere actus iumenti vel asini: vel
ignis. Preterea idem actus exteri/
or primo imperatur ab actu bono inte/
riori ⁊ postea ꝯtinuatur ab actu malo
interiori quero ergo aut aliquid deper/
ditur in actu exteriori aut nihil. si nihil
habetur propositum ꝙ bonitas mora/
lis non est aliquid distinctum ab actu si
aliquid: quero quid est illud aut est ab/
solutum aut respectiuū. Et arguo sicut
prius. Preterea nullus actus est
malꝰ nisi sit in potestate voluntatis: vel
mediate vel immediate. sed dimittat se
aliquis voluntarie in precipitium: ⁊ de
scendendo peniteat ⁊ doleat. ⁊ simplicr
nollet illum descensum. immo remoue/
ret si possꝫ ille actꝰ nolēdi ē ꝟtuosꝰ ⁊ me
ritoriꝰ. sꝫ ille actꝰ descēdēdi nō ē vicio/

sus quãdo penitet qꝛ ñ ẽ tũc in ptãte voluntatis imo si esset viciosus it hõ simil foret virtuosus ꝛ viciosus. dãnandus ꝓpter actũ exteriorẽ. et saluandus ꝓpter interiorẽ. Preterea actus nulli imputabilis est ad pctm̃: qñ habens detestatur illum: actum meritorie. ſʒ ille descẽdens odit ꝑcipiniũ: g°. ꝛc. Preа equali bono debetur equale p̃miũ. et oĩs actus bonus moraliter habet aliquod premium sint. g° duo. quoꝝ vnus nõ potest in actũ exteriorẽ. ꝛ aliud põt ꝛ facit. ꝛ ponam⁹ ꝙ habeant actus interiores equales: de quibus quero: aut bonitatẽ moralez habent equalez. aut nõ: si sic: habetur ꝓpositum. si non: g° equali caritati nõ debet̃ equale premiũ. Si dicatur ꝙ aureola debetur virgini et non alteri hñti equalez caritatem: puta cõfessori scõ: hoc nõ valet: quia aureola nõ debet̃ ꝑsone gr̃a virtutis moralis: sed debetur hñti determinatam integritatem. sicut pʒ da virgine si moriatur ante vsum rõis: qꝛ sibi aureola debetur. Preа aug⁹ de li° ar°. vt intelligas libidinẽ in adulterio malũ eẽ si tibi etiã nõ ꝯtingat oportunitas ꝯcubãdi cũ ꝯiuge aliena placitũ tñ sic idẽ eũ cupere: ꝛ si ptãs nõ detur sibi esse facturum nõ minus reus est q̃ʒ si in ipso facto dep̃henderetur Ad prim in opm potest vno° dici ꝙ sunt dista ꝑcepta ꝓpter distĩctiões actuum. Quis vnus actus nõ sit malus nisi qꝛ cãtur ab aliquo malo actu. Vñ per vnũ ꝑceptũ actus interior ꝓhibetur Per aliud ꝓhibetur tam exterior q̃ʒ interior: qꝛ quãdoqʒ actus exterior interiorem intendit: et magis tũc delecta° actu interiori. Vnde concede ꝙ sunt distincta pctã: sicut sunt distincti actus mali mo° predicto. Aliter potest dici ꝙ sunt distincta pctã ne detur similib⁹ occasio errandi qui credunt ꝙ non est pctm̃ nisi in actu exteriori. Ad aliud de au°. loquitur forte de miseria q° ad hoĩes qui vident exteriora et non interiora: et de exteriori scandalisãtur: etc implendo op⁹ facit multa pctã que non faceret nisi impleret. quia facit peccatum suum et scãdalizat ꝓximum vel potest dici ꝙ actus interior semꝑ vl' frequẽter intendit̃ qñ elicitur actus exterior. Ad aliud dico ꝙ actui exteriori 2m rectam rõnem non debet aliqua integritas circũstanciaꝝ cõpetere: ſʒ tm̃ actui bono interiori. ſʒ act⁹ exterior tm̃ dʒ elici effectiue ab actu bono interiori. et aliã integritatẽ nõ habet.

Ad vltm dico ꝙ nõ plus punit̃ a deo actus interior ꝛ exterior simul q̃ʒ iterior per se. nisi interior intẽdatur qñ exterior elicitur. ſʒ a lege humana actus exteriores plus puniũtur quia frequenter plus puniũt pctã minora. qꝛ sũt maiores occasionea distractionis reipublice. Exm õ furari ouem et diffamare hominẽ quoꝝ prim est minus peccatuʒ 2° et tamẽ pl⁹ punitur apud hoiem q̃ʒ 2m. sed nõ apud deum. Alia exẽpla multa sũt: ſʒ transeo.

Ad arm principale dico ꝙ actus exterior est bonus bonitate sua ꝓpria q̃ est ipse actus naturalis. ſʒ moraliter et causaliter est bonus bonitate actus iterioris quia solum est bonus quadam denominatione extrinceca. et sic patet. Explicit prim quotlibe Incipit scdm quotlibetum

## Prima questio

Trum posset probari ratione naturali ꝙ deus sit prima causa effectiua omnium. ꝙ sic quia prim ens est prim efficiens: sed deus est prim ens ergo est prim efficiens Ad

oppositum primum efficiens non est primus finis. Sed deus est primus finis. ergo. Ad istam questionē dico ꝙ non potest probari ratione naturali ꝙ deus est causa efficiens immediata omnium Tum quia non pōt probari sufficient quin alique cause puta corpora celestia sint sufficientes respectu multorum effectuum ⁊ per consequens frustra poneretur in eum eē causam imediatā respectu illorum. Tum quia si posset probari naturali ratione ꝙ deus est causa efficiēs ⁊ non potest probari naturali ratione ꝙ est causa parcialis necessaria et insufficiens omniū eque faciliter posset probari naturali ratione ꝙ esset causa sufficiens omniū ⁊ ita frustra ponerentur alie cause efficientes. Secūdo dico ꝙ non potest probari naturali rōne ꝙ deus sit causa efficiens alicuius effectus. quia non potest probari sufficiēter ꝙ sint aliqua effectibilia preter generalia ⁊ corruptibilia quorum cause sufficientes sunt corpora naturalia inferiora ⁊ corpora celestia. quia non potest probari sufficienter ꝙ sustantia separata quecunqȝ nec aliquod corpus celeste causatur a quocunqȝ efficiente: nec etiam de anima intellectiua que tota ē in toto ⁊ tota in qualibet parte. pōt demōstratiue probari ꝙ ab aliquo efficiēte causatur. quia non potest demonstrari ꝙ talis anima sit in nobis sicut dictuȝ est in primo quolibet. Ex istis sequitur ꝙ non potest demonstratiue probari ꝙ deus sit causa immediata alicuius effectus. quia si posset probari ꝙ sit causa immediata respectu vnius effectus posset ita probari ꝙ sit causa immediata respectu alterius in eodem genere cause efficientis sed 2m non pōt probari. ergo nec primū: ex quibus sequitur ꝙ non potest probari naturaliter ꝙ est causa totalis efficiens nec parcialis respectu cuiuscunqȝ effectus. Tertio dico ꝙ potest persuaderi rationabiliter ꝙ deus est causa efficiens vel mouens alicuius effectus. quia aliter frustra poneretur si nō posset aliquid causare effectiue in vniuerso. Sed hic sunt aliqua dubia. primū quia sequeretur ꝙ essent multe cause efficientes prime: puta multa corpora celestia vel multe substantie separate: quia ex quo non potest probari ꝙ sit tantum vnum efficiens primuȝ ergo possunt esse plura quod videtur falsum. 2m dubium est an primum efficiens agat propter finem. ⁊ videtur ꝙ non. quia finis est nobilior his que sunt ad finem sed nihil est nobilius primo efficiente ergo. Tertium est quomodo tenet ratio phi. viii°. phisicorum vbi pbat ꝙ in causis mobilibus est status ad vnum primum efficiens. Item vniuersalitas cātorum cātur ab aliquo ⁊ a nullo illius vniuersitatis. Quia tunc idem cāretur a se. ergo ab aliquo alio extra vniuersitatem causatorum ergo. ⁊c. Ad primum dico ꝙ non potest pbari sufficiēter quin sint multa effectiua quorum nullum est causabile vel effectiue vel dependens quocunqȝ° ab alio inter illa tamen potest esse aliquod efficiens similiter primū respectu aliorum non in causalitate quacunqȝ: sed in perfectione. quia oportet ꝙ differāt specie: pro eo ꝙ inefficibilibus eiusdem speciei non est processus in infinitum ⁊ nulluȝ est primum et per ꝯsequens nullum illorū ē perfectius alio quia species sunt sicut numeri. viii°. me. Si dicat ꝙ non possunt esse duo necesse esse probatur

per illam rationem de necesse esse quo/
modo differunt in suis rationibus for/
malibus. Item idem effectus nō po
test habere duas causas totales τ tota/
liter terminantes suam dependentiam:

Ad primum dico ꝙ non potest pro/
bari sufficienter seu demonstrari quin
possint eē duo necesse esse. sicut patet in
primo quolibet τ dico ꝙ seipsis τ nul/
lis aliis formalibus conueniunt genere
τ differunt specie τ seipsis. Primo sunt
necesse esse τ non per aliquam paruam
formalitatem eis additam τ ideo ratio
fundatur super falsam ymaginationē
ꝙ vnum efficiens conueniat cum alio
per essentiam τ differt per formalitatē
quod fᵐ est quia seipsis conueniunt et
differunt τ sunt necesse esse τ cause.

Ad secundum responsum est suffici
ter in pᵒ quolibet. Dico tñ aliter ꝙ
vnus effectus habet vnam causam effi
cientem τ alius aliam τ vnus non ha/
bet duas causas primas saltem opposi/
tum non potest probari. Ad secundū
dico ꝙ primum efficiens agit propter fi
nem: sed non propter finem nobiliorem
se: sed agit propter finem effectus τ ille
aliquando potest esse nobilior ꝙ̄ effectꝰ:
τ aliquando ignobilior. Tertium du
bium differo vsqȝ alias: Ad illud de
vniuersalitate causatorum dico ꝙ vni/
uersalitas causatorum causatur non ab
aliquo vno. sed a multis: quia vᵐ cau/
satur ab vno effᵉ. primo: τ aliud ab a/
lio. τ sic deinceps nec potest contrarium
sufficienter probari. Ad principale
dico ꝙ non est processus in infinitum:
sed est standum ad primum efficiens et
illud potest poni corpus celeste. quia de
illo experimur ꝙ est causa aliorum nec
potest sufficienter probari ꝙ sit tantum
vnum tale sicut patet ex dictis.

## Secunda questio.

Trum possit sufficienter ꝓ/
bari naturali ratione ꝙ de/
us sit infinite virtutis in vigo
re. ꝙ sic. quia. p. hoc probat. viiᵒ. phi/
sicorum ratione naturali per hoc ꝙ po/
test mouere tempore infinito ergo est
infinite virtutis. Contra hoc non
potest probari nisi per motum. Sed
ad motum infinitum continuandū suf/
ficit virtus finita ergo τc̄. Ad illam
questionem dico ꝙ non. quia infinitas
dei non potest probari nisi per effectum
sed per effectū nō p̄t probari sufficient
ergo τc̄. Assumptum probatur. quia
si sic aut ergo potest probari per hoc ꝙ
effectus durat in infinitum. Aut per
hoc ꝙ deus causat vnum effectum in/
finitum. aut quia causat simul effectus
īfinitos. aut quia causat successiue effe
ctus infinitos. aut quia intelligit infini
ta per primū non quia non potest demō
strari ꝙ deus est alicuius causa efficiēs
sicut patet in priori. q. Similiter posito
ꝙ posset probari deum esse causam mo
uentem adhuc per motionem infinitam
non probatur infinitas dei quia virtus
actiua incorruptibilis fm se per eandē
virtutem potest causare effectum τ con
tinuare nec maior virtus requiritur ad
continuandum per mille annos. ꝙ̄ per
vnum diem. immo si per vnum diem
potest continuare. pōt contiᵉ in infinitū
nisi sit causa agens in contrarium τ di/
minuens virtutē per illā propositionem
actiuo τ passiuo equaliter distinctis et
ceteris paribus: idem effectus semper
cōtinuabitur: deus autem non habet a/
liquod agens cōtrariū. ergo τc̄. Nec

per 2^m pôt probari infinitas dei: qꝛ nullus effectus est infinitus: nec potest aliquis talis ꝓduci. Nec per tertiũ quia non sunt nec fortecẽ pñt infiniti effectus simul. Nec per quartum quia virtus finita ꝓpter diuersitatẽ passi vel cãe concurrentis pôt infinitos effectus successiue producere. patet de sole qui pôt causare calorẽ in diuersis passis in infinitum. Similiter ignis si infinita cõbustibilia eẽnt approximata equaliter cãret in eis infinitos calores: ꝛ illa sunt exempla pro primo. Pro 2° est exemplum de intellectu qui pôt cãre infinitas notitias in infinitũ per diuersitatẽ obiectoꝝ ꝛ hoc successiue. Similiter patet pꝰ ꝙ non potest probari ꝙ deus sit causa imediata infinitoꝝ effectuũ. nec potest ꝓbari per vltimũ quia non potest probari ꝙ deus intelligat infinita nec aliqd extra se. Sed hic sunt aliqua dubia Primũ est quia videtur ꝙ sufficienter pôt probari ꝙ deus sit intelligens ꝛ nolens aliqua a se. Tum quia fines causarum naturaliũ cognoscũtur ab aliquo: vel ab aliquibus aliter effectus causaꝝ naturaliũ eẽnt casules: sed nõ cognoscuntur a celo ergo ab alio ꝛ non nisi a deo. Tum etiã quia primũ agens agit ꝓpter finẽ amatũ. Tum quia ipsum primum efficiẽs dirigit suũ effectũ in finẽ. tuꝫ: qꝛ cõtingentia non eẽt in rebus nisi prima causa ageret ꝯtingenter. quia cã 2^a mota necessario mouet alia necessᵒ. Secũdo dubiũ est ꝙ pôt ꝓbari infinitas dei. qꝛ cui nõ repugnat infinitũ intenᵉ illũ non summe perfectũ nisi sit infinitũ. quia si ẽ finitũ pôt ab alio excedi: sed enti non repugnat infinitas quod patet quia ex suis rõnibus formalibus nõ repugnat Similiter quodlibꝫ ꝯpossibile est ponẽduꝫ cuius nõ apparet incõpossibilitas: sed hic nõ apparet aliqua incõpossibilitas. quare ꝛc. Ad primũ istoꝝ dico ꝙ non pôt sufficienter ꝓbari ꝙ deus intelligat aliquid a se cum nõ possit probari sufficienter ꝙ deus sit causa efficiens alicuius cum tamen efficientia videatur esse precisa rõ vel mediũ. ad ponendũ deũ intelligere alia a se vt cognoscat illud quod agit: dico tamen ꝙ sicut rõnabiliter ponitur ꝙ mouet effectiue celũ: ita rõnabiliter ponitur ꝙ intelligit celũ ꝛ omẽ aliud corpus quod mouet quia est ens perfectum: ꝛ per ꝯñs mouet intelligibiliter ꝛ rõnabiliter. Ad arguᵐ. ego dico ꝙ nõ pôt demonstrari ꝙ oĩa propter que agunt cãe naturales cognoscũtur ꝛ diriguntur ab aliquo quia hoc solum verũ est in his que possunt diuersimode moueri ad vnũ vel ad aliud ꝛ nõ determinantur ex natura sua ad certũ effectuꝫ ꝙ fines eoꝝ cognoscũtur ꝛ diriguntur: quia aliter non plus mouerent ad vnũ ꝙ̃ ad aliud. Exemplũ est de sagitta que ex se pôt indifferenter dirigi inferius vel superius ante vel retro. ꝛ ideo requirit precognoscentẽ ꝛ dirigentẽ. Alias enim indifferenter ad omnẽ parteꝫ mediũ moueretur ꝛ ita est de consimilibus que nõ sũt cause mere naturales: sed causa mere naturalia que ex natura sua determinat sibi certũ effectũ ꝛ nõ aliũ nõ requirit precognoscentem siue directorem. saltem ratio naturalis nõ cõcludit ꝙ requirat. Exemplum: ignis approximatus ligno calefacit illud. siue hoc intendatur a cognoscente: siue nõ. Et si queratur quare tunc plus calefacit ꝙ̃ frigefacit. Respondeo ꝙ natura sua talis est. Ad aliud patet prius ꝙ non potest probari ꝙ etiam primum ens a-

gat ꝓpꝰ finē nec ꝙ dirigat effectū.qꝛ nō
pōt ꝓbari ꝙ agat. Ad aliud dico ꝙ
contingentia est in rebus propter liber/
tatē voluntatis create ⁊ ideo nō potest
probari ꝙ pᵐ ens ꝯtingenter agat quia
nō pōt ꝓbari ꝙ agat. Similiter dato ꝙ
posset ꝓbari ꝙ esset efficiens illud suffi
ceret ꝙ cāret naturaliter effectū adhuc
saluatur cōtingentia ꝓpter voluntatē
creatam que est ꝑcialis causa cum deo
multoꝝ effectuum: sicut actus intellectꝰ
naturaliter et necessaͦ causat volitionē
et tamen volitio libere causatur: qꝛ vo/
luntas est cā ꝑtialis eius: ⁊ eiꝰ ꝯtingenᵃ
sufficit ad hoc ꝙ effectus sit cōtingens.

Ad aliud dico ꝙ nō pōt sufficiēter ꝓ
bari ꝙ infinitas non repugnat enti ⁊ da
to ꝙ posset: adhuc nō sequitur ꝙ potest
sufficiēter ꝓbari ꝙ infinitas sit in rebꝫ si
cut ꝙ astra sint paria nō repugnat. ⁊ tñ
nō pōt ꝓbari sufficienter ꝙ astra sint pa
ria. Ad aliud dico ꝙ nō potest ꝓbari
sufficiēter rōne ꝙ qꝺlibet cōpossibile est
ponendꝰ cuiꝰ nō appꝫ aliqua incōpossibi
litas qꝛ nō appꝫ aliqua in ꝯpossibilitas
ꝙ astra sint paria. et tñ nō pōt ꝓbari eui
denter ꝙ astra sint paria. Ad princi/
pale patet ex dictis. dico tñ ꝙ phūs per
infinitaꝫ motionem intendit ꝓbare ꝙ pri
mum mouens non est virtus fatigabi/
lis neqꝫ defectibilis que per longā actio
nem posset ꝯsumi sicut virtꝰ corporalis
ideo solum ꝓbat virtutem infinitā scd̄m
durationem sine fatigatione et ꝑditione
et sine omni diminutione:

## Questio tertia.

Trū articuli fidei possint de
monstrari. ꝙ ͨ quia iᵘˢ articu
lus deus est trinꝰ et vnus est
ꝓpō necessaria. ergo vel est ꝑ
se nota qꝺ nō pōt dici vel est deducibilis
ex pᵉ notis gͦ pōt demōstrari. Cōtra
p. nō ponit tales veritates. gͦ. ⁊c̄. Ad
questionē dico ꝙ nō possūt demōstrari a
viatore. qꝛ nec demonstratione quia nec
ꝓpter qd. Scd̄o dico ꝙ aliqui articu
li quo nūc formamꝰ in via pñt demon/
strari a beato ꝑ cōceptū simplicē ⁊ pro
prium quē hꝫ beatus de deo tāqꝫ per me
diū. Ad rōnes in cōtrariuꝫ respōdeo

Ad primā dico ꝙ iᵃ ꝓpō deus est tri/
nus et vnꝰ nec est ꝑ se nota viatori/nec
deducibilis ex ꝑ se notis sibi: sꝫ ē sibi sim/
pliter neutra tñ beūs deū videns pōt illā
ꝓpōem quā nos formamꝰ inferre ex a/
lia quā ipse format: que est ꝑ se nota. q̄
ꝯponit ex noticiis incōplexis: cāusāubꝰ
assensuꝫ euidētem in quocūqꝫ intellectu
fuerint. Ad ꝓbationē minoris cōcedo ꝙ
termini illiꝰ ꝓpositionis ꝑ se note quam
format beatꝰ: ꝯtinentur sub ente. sed ad
illos terīnos non pōt viator naturaliter
ꝑuenire Unde q̄uis viator habeat ꝯcep
tum entis in cōi et pōt descēdere ad infe
riora. nō tamē ad quecūqꝫ. sed tñ ad illa
quoꝝ noticiaꝫ incōplexā pōt habere. qꝛ
gͦ tales cognitiones incōpleras nō habe
re potest quales sunt in ꝓpōne ꝑ se no/
ta idcirco ꝑ demōstrationeꝫ nullomͦ pōt
ad tales cognitiones naturaliter ꝑueni/
re sed solū pōt attingere ad cognitioneꝫ
quid nōis. quia non cadunt sub sensu:
nec habemus aliquā experientiā de il/
lis. Ad 2ᵐ dico ꝙ oppositū illius arti
culi includit contradictōem. Et dico ꝙ
viator pōt naturaliter peruenire ad ap
prehendendū illā ꝯtradictōem. sed nul/
lomō pōt peruenire naturaliter ad iu/
dicandū euidenter ꝙ illa contradictio
sequitur ex ꝓpositione illa. deus non est
trinus ⁊ vnus. quā format: sed beatus

ex propositione quam ipse format indi/ cat euidenter q oppositum includit con tradictionem: et ideo concedo q possũt naturaliter apprehendere terminos affir matiuos et negatiuos illius ɔtradictõis et totam contradictionem possum appre hendere: sed non possum illam contradi ctionem euidenter cognoscere sequi ex opposito articuli quem ergo formo. Ad 3m dico q talis innitens solum rationi naturali detinetur per fallãm. et apparet sibi aliqua propositio vera que est fallã. 4m patet quia in talibus similis deus est trinitas. pater est deus. ergo pater est trinitas conclusio est flã secundũ fidem et tamen naturalis diceret illum. syllogi simum esse expositorium Nec posset de illa fallacia per aliquam fallãm aristo. instrui. nisi crederet articulum fidei esse verum. Scdm patet per fidem quia credit aliquam propositionem esse verã que est falsa. et tamen illa falsa non est si bi p se nota ppȓie loquẽdo nec deducit̃ ex per se notis. sed est nota sibi per con/ suetudinem credendi dictis aliorum sicut dicimus propter vsum loquentiũ q hec sit per se nota. deus est vnus. cum tamen nõ sit ita. Similiter talis innitens rationi naturali precise detinet̃ per argumenta sophistica que ipsemet nescit soluere. et videre defectum. Et vltra dico q de ali is propositionibus habemus naturaliter certitudinem et de illa non. Ad quar/ tum dico q ille modus demonstrandi so lum est in conpositis ex partibus eiusdẽ rationis vbi passio inest toti per partes ibi continget per diffinitionem exprimen tem partes demonstrare passionem de hoc: sicut est de habere tres respectus triãguli. Sz in simplicibus non est ille modus demonstrandi. nec quãdo demõ stratur passio de toto per partem cui pri mo conuenit sicut esse intellectum demõ stratur de homine per intellectum tam quam per medium. vnde in proposito ad de monstrandum propositionem quam nos formamus requiritur pro medio cognitio simplex deitatis in se quã cognitionẽ ha bẽt videns deum sed illam non possumus habere pro statu isto. nec propter hoc sũt pdicationes frustra quia cognitionẽ aliam habemus de deo naturaliter in conceptu simplici communi et in concep tu composito. Ad quintum concedo q potens habere talem cognitionẽ de deo qualem habet beatus potest inferre eui/ denter tales veritates: sed viator concep tum talem nõ potest habere naturaliter Et vltra dico ad probationem q in fi/ ne discursus habet conceptum propriuz de deo compositum. et tamen per illum discernit deuz qui significaret a creata et p illũ non possum concludere talem veritatem euidenter. Ad sextum dico q articulus quẽ nos formamus pro sta tu isto est propositio mediata. quia põt demonstrari per illum articulum quem format beatus: Sed ad illam proposi/ tionẽ: nec ad eius terminos: non possumus naturaliter peruenire. Quis continetur sub ente et pro eis distribuitur ens. ita angelus cõtinetur sub ente: et pro ange/ lo distribuitur ens. et tamen angelum i se non possumus naturaliter distincte co gnoscere. Et ad probationem dico q nõ potest naturaliter de quolibet istorum terminorum ex quibus componunt pro positionem immediatã q ipsum non sit lapis. quia illam propositionem non pos sumus formare in qua ille conceptus p prius deo sit subiectum vel predicatum. Et vltra dico q infidelis non concipit

illum terminum. et tamen peccat ydo/latrando. quia licet non concipiat deum sic in speciali per conceptum simplicem tamen concipit eum in conceptu. incon cepto qui solum significat deum et supponit pro deo. Ad aliud dico ꝙ illa cõsequentia est bona. primus motus est. g° p⁹ motor est. Et dico subiectum supponit pro trinitate: sed illa consequẽtia nõ est euidens. Primus motus est ergo trinitas est. quia non est naturaliter eui/dens ꝙ subiectum supponat pro trinitate. vnde licet p^m mouens et trinitas supponant pro eodem. tamen hec est naturaliter euidens. p^m mouens est. et non hec trinitas est. et hoc propter diuersitatem terminorum. Ex^m pri^m mouens et cre/ans supponunt omnino pro eodem et tñ hec est naturaliter nota aliquid est pri^m mouens. et non ista aliquid est creans. ⁊ hoc quia plus requiritur ad noticiam euidentẽ vni⁹ ꝙ̃ alteri⁹ puta. cognitio intuitiua requiritur ad euidentiam istius trinitas est. vel aliquid est trinitas. et nõ istius. aliquid est primũ mouens. Ad principale dico ꝙ non omnis propositio necessaria est per se nota. vl' deducta ex per se notis. Aliqua enim est necessaria et immediata que tamen non potest co/gnosci euidenter: nisi per experientiã. et sic est in ꝓposito de ista deus ẽ trinitas.

## questio quarta

Trum attributa concreta cuiusmodi sunt. sapiens. iustus ⁊ huiusmodi predicẽtur de deo et creatura vniuoce. ꝙ sic. quia talia cõcludantur de deo per creaturam. et in tali argumento non est fallacia equiuocationis. ergo est aliquis conceptus vniuocus. Contra nichil predicatur de deo et creatura. ergo. Ad questionem dico ꝙ non. quia nullus talis conceptus pre/dicatur de eis 2^m eandẽ diffinitionẽ exprimentem quid nois. ergo nõ vniuoce.

Assumptũ ꝓbatur. Naz sapiens predicatur de creatura scd̃m istaz diffinitionem habens sapientiã accidentalẽ. et sic non predicatur de deo. sed scd̃m istam. existens sapia. sicut scd̃m ans. in monol. Justus predicatur de deo scd̃m illam descriptionem exñs iusti^a. ⁊ de creatura scd̃m istam hñs iusticiaz. g° nõ vniuoce. Sed hic sunt dubia. Primũ qꝛ de deo et creatura predicãtur attributa vniuo/ce. et nõ nisi ista. g° ⁊c. Scd̃m an. sapiens predicatur de deo in quid vel in quale. Et ꝙ predicatur in quale ꝓbatur ꝑ multa argumenta. Ad primũ dico ꝙ talia abstracta. iusticia et sapientia. et hmõi ꝑdicãtur ꝺ ꝺo. ⁊ creat̃a vniuoce. ꝫ cõcreta coꝝ equiuoce. Ad aliud dico ꝙ talia concreta hñt duplicem diffinitionẽ exprimentem quid nois. Una est ꝙ sapiens est hñs sapiam. Alia est ꝙ sapiens ẽ exñs sapiẽtia. Tũc dico ꝙ sapiens scd̃m primaz descriptionẽ ꝑdicatur de creatura in quale. puta de hoie ⁊ angelo. Sed scd̃m aliaz descriptionẽ ꝑdicatur de deo in quid: sed non ꝑdicatur sic de creatura qꝛ sapiens sic dictũ nõ iportat aliquam dispõem accñtalem. Ad primũ in con/trarium nego primam ꝓpõem qꝛ alia esset diffinitio si suis abstractis corñdeant res distincte in eodem supposito ꝙ̃ quando idem corñdet. Et ad ꝓbatõez nego assumptũ: quia sapiens ꝑdicatur de deo et angelo pure equiuoce: et nõ vniuoce et ideo si suis abstractis correspondèrent res distincte in deo: tunc ꝑdicaret̃ in quale. tam de deo ꝙ̃ de creatura. Nunc autẽ de vno ꝑdicatur in quid. de alio in qua

le. Ad aliud nego assumptum.quia si talis esset distinctio rerum.qualia est di/stinctio cōceptuum.tunc sapiens et hu/iusmodi predicarentur de deo.sicut pars de deo:vel sicut accidens de suo subiec/to.sicut dicitur:homo aīatus vel albus sed tales predicationes sunt de nomina tiue et in quale et non in quid. Ad ali ud dico ꝙ accipiēdo sapiens in cōsequē te iuxta scd̄az descriptionem:tunc est cō sequētia formalis quocunqz demonstra to hoc non est sapientia ergo hoc nō est sapiens.quia sic concretum et abstractū conuertantur.accipiendo autem sapiens scd̄m primam descriptionem sic non est consequentia formalis patet instantia ꝺ angelo.immo sic concedo ꝙ oppositum consequentis stat cum anᵗᵉ.sed vltimaz consequentiam nego.demonstrato deo: quia ad hoc ꝙ oppositum consequentis stet cum antecedente sufficit verificatio pro vno singulari.puta pro angelo vel homine.quia demonstrato angelo simul stant ꝙ non sit sapientia.et tamen sit sa/piens sicut dictum est. Ad aliud de cir cūᵒ impossibili patebit alias. Ad ar gumentum dico ꝙ maior est falsa:sicut declaratum est.quia ens nunc de facto predicatur in quid de deo.et tamen si en titas distingueretur realiter ab ente pre dicaretur tunc in quale.ideo maior vi/detur vniuersaliter falsa. Ad aliud di co ꝙ per circūsitionem impossibilem nō innotescit nobis ꝙ sit conceptus con/notatiuᵒ sed per diffinitionem exprimen tem quid nominis in oblico. Ad ali/ud nego consequentiam quia pater nō predicatur in quid nec per se primomᵒ de essentia et hoc quia non predicatur ꝺ omni illo de quo predicatur essentia et per se presuppomt de omni primo po/steriorum nec etiam proprie predicatur per se 2ᵒ mō de essentia propter eandez causam.Si dicas scd̄m philosophū pri mo posteriorꝫ que neutraliter in sunt accidentia sunt. Rn̄o verum est qn̄ est predicatio directa.puta quando supe rius predicatur de iferiori sic non est hic essentia est pater sed hec est per se primo modo pater est essentia quia predicatuꝫ est superius:et subiectum inferius. Ad primam probationem dico ꝙ q̄uis con/cipiendo paternitatez concipis essentiaꝫ quia tamen essentia predicatur de ali/quo de quo non predicatur patern/tas.ideo paternitas non predicatur de essentia in quid et per se quia non predi catur de omni. Ad aliud nego assūp/tum.quia per fidem tenemus ꝙ est aliqs conceptus essentie qui non est persone. Et econuerso parꝫ de coīcabili.ideo mi nor est repugnantia hic.q̄ꝫ ꝙ videatur es sentia non visa persona. Ad aliud di/co ꝙ plus reqritur ad predicationem in quid siue p se:q̄ꝫ ꝙ cōceptus pr̄is nō signi ficet nec consignificet nisi essentiam. Requiritur enim ꝙ p̄dicatur de oī illo de quo p̄dicatur essentia quod deficit in ꝓposito.ideo non est p̄dicatio in quid

Ad aliud potest dici ꝙ si paternitas ī creatura sit aliqua res ꝑus quocūqꝫ mᵒ distīcta ab absolutis. tūc ꝯcept⁹ p̄ris nō est vnicus patri in diuinis et patri crato hoc pꝫ scd̄m p̄dicta p diffinitōes coꝝ pa ternitas tn̄ dr̄etur vniuoce de paternita te creata ⁊ icreata.Si aūt n̄ sit tlis res di stincta tūc ꝯcept⁹ ꝯcreat⁹ nō ē vniuoc⁹ sed tunc non abstrahitur a paternitate creata sicut sapiētia in cōi a sapia crea ta nō est ergo simile. Ad p̄cipale dᵒ ꝙ ꝓ illis rōib⁹ sufficit ꝙ absoluta dicant vniᵉ de deo ⁊ creatura q̄uis nō creata.

# Questio quinta

Trū deus potuit fecisse mū/
dum ab eterno ꝙ sic. qꝛ nō in/
cludit contradictōem. ergo.
Contra. tunc infinita essent pertransita.
Ad questionē dico primo ꝙ neutra
pars pōt sufficienter probari. Negati/
ua nō quia non apparet. contradictio
manifesta: nec affirmatiua. quia rōnes
sufficienter concludunt quin possit sol/
ui. R° dico ꝙ ꝓbabiliꝰ pōt teneri ꝙ
deus potuit mundū fecisse ab eterno ꝓ/
pter hoc ꝙ nulla apparet manifesta cō
tradictio. Hic sunt tamen due diffi/
cultates. Una quia alique rōnes cōclu
dunt ꝙ mundū fieri ab eterno includit
contradictionē: quia tunc infinita essent
per transita. patet de reuolutionibus ce/
li. Tum quia infinita possent esse in ac
tu. patet. qꝛ si quolibꝫ die preterito deus
creasset vnā aīam intellectiuā. tum qꝛ i
finita eēnt plura infinitis ⁊ essent exces
sa: pꝫ de reuolutionibus solis ⁊ lune.
Tum quia pars eēt equalis toti. quia
vnū infinitū nō est maius alio. tū quia
deus necessario ꝓduxisset. qꝛ oē eternū
est necessariū. tum quia si deus ꝓduxis/
set ab eterno vnum hoiem aut iˢ du/
rasset finite ⁊ tunc totū tēpus preteritū
fuisset finitū. aut infinite: ⁊ tunc fuisset:
infinite perfectionis. quia restitisset cau
sis naturalibus corruptiꝰ per infinitūz
tēpus. Secunda difficultas est: quia
videtur posse probari ꝙ mundꝰ potuit
fuisse ab eterno. qꝛ fuit ab eterno possi/
bilis ergo ab eterno potuit fuisse añs ꝓ
baẗ nataliter. viii. phi. ꝑ rōens aristo. de
eternitate mūdi que oēs vel saltē multe
ꝓbāt sufficienter ꝙ mundus nō sit noui
ter possibilis: sed ab eterno fuit possibi/
lis. Ad primū pōt dici. ꝙ tunc infinita
fuissent pertransita sed nō ꝑtransienda:
qꝛ infinitū qḋ est pertransiendū nunꝗ̄
pōt eē pertrāsitū. Ad aliud dico p°o
ꝙ pōt concedi ſm illā viā ꝙ infinita pñt
eē in actu. Aliter pōt dici ꝙ hoc non est
possibile ⁊ quādo dicit̄ ꝙ in quolibꝫ die
potuit ꝓduxisse vnā aīam veruꝫ est: qꝛ
quelibet singularis est vera: ⁊ tū non se
quitur ꝙ infinitas produxit. quia in ali
quo dieꝝ illoꝝ infinitoꝝ incepisset ꝓdu
cere. Si dicat in quolibet die preteri
to potuit ꝓducere vnā aīam. ponat̄ gᵒ
inesse ⁊ sequitur infinitas. Respon
deo ꝙ hec ꝓpositio in quolibet die pre/
terito ⁊c̄. dīsᵃ. ſm sensum ꝯiūctum ⁊ di/
uisū sensus ꝯiūctus fl̄sꝰ est. i. ꝙ hec sit
possibilis deus in quolibet die preterito
ꝓduxit vnā aīam. quia tunc sequitur i
finitas. In sensu diuiso est vna vl̄is cu
ius quelibet singularis est vera de possi
bili ⁊ i tali sensu nō debet poni ieē Exᵐ
hec est falsa in sensu composito vtraqꝫ
pars contradictionis potest esse vera ⁊
tamē est vera in sensu diuiso quia queli
bet singularis est vera ⁊ tamen non de/
bet poni in esse. quia tunc vtraqꝫ pars
esset vera ita in proposito. Ad aliud
dico ꝙ plura est equiuocum. Uno/
modo dicuntur aliqua plura quando
tot sunt in istis quot in illis ⁊ adhuc
alia in certo numero. ⁊ sic infinita non
sunt plura infinitis. quia neutrum exce
dit aliud in certo numero. Aliomo/
do quot sunt illa tot sunt ista: ⁊ adhuc
sunt multa alia in illis: non tamen
excedunt in certo numero. Eodem/
modo dico ad illud de excessu.
Ad aliud dico ꝙ aliqḋ potest dici
equale dupliciter vnomō quando totū

est in vno quod est in alio et nō plus vel cuilibet in vno correspōdet tm̄ in alio et nō plus. 2ᵉ vnū infinitū non est semꝑ eq̄le alteri imo aliqn̄ maius. q2 frequēter quantū est vno tm̄ correspondet in alio et adhuc: aliō. ſ3 tūc hec ē falsa scd̄m 1ᵐ intellectum quicquid est maius vno eq̄lium est maius reliquo. Aliter dicitur aliquid equale alteri qn̄do est dare certam quantitatem vni⁹ et tantam alteri⁹ et nō plus et de tali equali verū est ꝙ q̄cquid est equale vni equaliū: et reliquo ē equale et 1ᵒᵒ vnū infinitū nō est equale alteri. vn̄ p̄mo° loquēdo dico ꝙ vnū infinitum potest esse maius alio. et q2 super hoc fundatur illud arᵐ ꝙ oīa infinita sunt equalia qd̄ falsum est. ideo nō cōcludit. Ad aliud pōt dici ꝙ tunc deus necessario ꝓduxisset mūdū ab eterno si ꝓduxisset ab eterno. quia hec ꝓpositio nūc esset necessaria mundus fuit ab eterno. quia nunc est vera et nunq̄ pōt esse falsa tamen pōt fuisse falsa sicut ꝓpositio vera de preterito est necessaria et tamen potuit fuisse falsa. Ad aliud dico ꝙ deus potuit ꝓduxisse vnū hoīez ab eterno et conseruasse eum ab agentibus corruptionis et tunc dico ꝙ si moreretur durasset ꝑ infinitū tēpus: sed tunc non sequitur ꝙ fuisset infinite perfectionis. quia durasset in virtute dei: sed non potuit fecisse vnū hoīem ab eterno et reliquisse eum naturalibus suis ꝓpter cōtradictionē. q2 eo ipso ꝙ fuisset ab eterno necessario durasset infinite et eo ipso ꝙ naturaliter moreretur durasset finite et ita sequitur manifesta contradictio.

Ad 2ᵐ dᵐ ꝙ mundus ab eterno fuit possibilis et hoc probant sufficienter iᵉ rationes aristotelis: sed non probant ꝙ fuit possibilis ab eterno: sed solum probant ꝙ non est nouiter possibilis fieri: ſ3 ab eterno fuit possibilis fieri nō pro eterno. ſ3 pro tēpore certo et ideo hic est fallacia consequentis: mundus ab eterno fuit possibilis ergo ab eterno potuit fuisse. Et si arguas adhuc pro prima difficultate. q2 omnes dies preteriti simul accepti si mundus fuisset ab eterno aut sūt tot ꝙ eis non potest addi aliquis dies: et hoc est falsum aut potest addi et tūc accipio secundam multitudinez vbi est vn⁹ dies addictus. si 1ᵃ multitudo simul inciperet cum alia multitudine diucius duraret q̄ alia per vnum diem. ergo alia non durauit i infinitū. Item quelibȝ para temporis preteriti aliquando fuit futura ergo totum tempus preteritum aliquando erat futurum ergo ꝯtradictio est ꝙ fuisset ab eterno. Item quemlibet hoīem precessit deus duratione ergo omnes antecedens ꝓbatur. quia si aliquis homo fuisset ab eterno cōsequē tia probatur. quia preter totam multitudinem hoīm quorum quēlibet precessit deus duratione nō est aliquis homo. q2 si sic iᵉ fuisset ab eterno. ergo deus precessit totam multitudinem duratione. Item quilibet homo fuisset posterior sola duratione ergo omnes. probatur sicut prius. Ad p̄iᵐ illorum dico ꝙ diutius duraret a parte post: sed non a parte ante. quia a parte ante vtraqȝ multitudo est infinita. Ad aliud dico. ꝙ antecedens est falsum. quia est vna vniuersal' q̄ habet multa singularia falsa. nam totuȝ tempus preteritū ab eterno vsqȝ ad principium huius diei est para toti⁹ temporis preteriti et tamen illa pars nūq̄ fuit futura: Similiter est de tempore ab eterno vsqȝ ad diem hesternum vel crastinū et sic de aliis. Ad aliud nego consequē

tiā quia est fallā cōsequētis. ꝛ q2 eod° ꝛ non sic sequitur Similiter est fal^a figure dictionis ꝯmutādo singulare in plurale sic hic deus facit omnem hominem ce/cum vel videntem ergo facit omnes homines cecos vl' videntes supposito ꝙ facit vnum hominem cecum et aliū vidē/tem. Ad principale patet ex dictis.

## Sexta questio

Trum angelus potuit mere/ri vel demereri in primo instāti ꝙ non quia meritum et de/meritum non sunt sine deliberatione:sꝫ deliberatio necessario est in tempore g° ꝛc. Contra in primo instanti habuit liberum arbitrium ergo potuit tunc ꝛc

Ad questionem dico ꝙ sic. quia posi/ta causa sufficiente et non impedita po/test poni effectus.: sed in primo instan/ti potuit angelus habere causam suf/fientem meriti et demeriti igitur minor patet. quia in primo instanti potuit esse tam volūtas sua q̄ꝫ ꝯgnitio requisita ad actum ergo. Assumptū probatur. q2 quero que est cognitio requisita ad actū meritorium aut est cognitio perfecta aut assensus respectu principii practici vl' cō clusionis practice siue sic siue sic. Si talis assensus non potest esse in primo instāti hoc est propter defectuꝫ alicuius cause necessario requisite ad talem assensum puta formatio propositionis. et si illa nō potest esse i īstanti hoc est propter defectum cause requisite ad suum esse. q2 nulla repugnātia est inter actus et de i^a causa iterum querendum est quare non potest esse in primo instanti et erit processus in infinitum vel stabitur necessario ad hoc ꝙ causa sufficiens actus meritorii potest poni in primo instanti et habetur propositum. Preterea in primo instanti possunt esse noticie incōplexe cōclusionis practice ꝛ principii ꝛ in eodem instāti potest formari propō probatur q2 posita causa sufficiente ꝛc. sed noticie incōplexe cum actu volūtatis quo vult formare complexum sunt cause sufficientes et ille possunt esse in primo instanti. patet. q2 habita prima cognitione terminorum potest volūtas velle formare cōplexum et formata propōne euidenti in eodem ꝓ intellectus assentit sibi ergo in primo instanti potest esse cognitio sufficiens actus meritorii. Prete^a angelus in primo ꝓ potuit se libere conformare recte rationi et non cōformare ergo potuit peccare antecedēs patet. quia siue recta ratio causetur a deo solo siue naturaliter potest fieri i īstanti ꝛ statim potest voluntas concordare cum ea vel discordare. Preterea in primo instanti potuit diligere se aut ergo necessario et tunc ad illam dilectionem causandā solum concurrunt cause naturales quod falsum est. q2 volūtas cōcurrit aut libere: et tunc potuit se diligere meritorie et demeritorie q2 tunc se posset ꝯformare precepto diuino vel non conformare ex quo in illo instanti fuit causa libera.

Si dicis ꝙ in primo instanti non potuit aliquid velle. Contra hoc est rō pri⁹ facta de causa sufficienti. Et ideo dico simplicit' ꝙ sic. Sꝫ contra tunc actus malus subrepticius et deliberatus non distinguntur. Preterea actus non ē imputabilis ad meritum vel demerituꝫ nisi fiat scienter et contingēter: ita ꝙ possit oppositum elicere. Preterea null⁹ obligatur ad preceptum nisi post temp⁹ in quo potest deliberare. Preterea de

liberatio requisita ad actum meritoriuz non est de propositionibus de presenti. sz de futuro. ergo requiritur tẽpus. Preterea actus meritoritorius requirit sillogismum practicum compositũ ex prepositionibus de futuro. qui illũs non potest esse ĩ istanti. Preterea si non precedat sillogismus practicus. actus non erit ita imputabilis sicut si precessisset

Ad p^m illorum dico q actus deliberatus et actus subrectitius non distinguntur in hoc q deliberatus sit in tempore et subrecticius ĩ istanti: sed in hoc q actus deliberatus est cũ perfecta cognitione obiecti: actus subrecticius est sine perfecta cognitione obiecti siue fiat in tempore siue in instanti. Unde pro argumentis dico q duplex est deliberatio. Una est cuz perfecta inuestigatione alicuius dubii. pro quo homo habet rõem ad vtramqz partem et talis non potest esse ĩ istanti nec illa requiritur ad actum meritorium. Alia est que est perfecta cognitio vel assensus respectu pricipii practici vel cognitionis. et illa potest fieri ĩ istanti et illa ē necessaria ad actum meritorium. Nunc autem supra probatum est sufficienter q scda deliberatio potest esse ĩ instanti: quia quãdocunqz causa ē effectus potest esse: sz causa potest esse ĩ istãti ergo deliberatio q̄ est effectus ei9 potest esse in istanti. Preterea h° dato: habetur propositum quia si actus dicatur subrecticius. quia fit sine deliberatione temporanea: sequitur q talis act9 potest eē peccatum mortale. puta si aliquis odiat deum in instanti in quo tenetur diligere: sine omni deliberatione peccat mortaliter. et per consequens actus demeritorius potest fieri instanti ergo actus ei oppositus potest fieri in instanti meritorius. quia quandocũqz potest demereri et mereri: Ideo videtur q actus subrecticius non fit nisi circa materiam indifferentem vbi potest homo bene et male agere. sicut studere. et huiusmodi. Circa materiam autem preceptorum non consistit sorte. quia nullus excusatur per hoc q subrecticie odit deuz quando debet diligere. Si enim requiratur tempus ad actum meritorium vl' demeritorium: posset homo per magnũ tempus stare in actu malo sine om̃i peccato. sicut potest esse magnũ tẽpus ante q̃ȝ habeat illã deliberatõem. Aliquãdo vnus annus sm q hõ est debilis ingenii

Ad aliud dico q actus non est demeritorius nisi fiat scienter. sed illa sciencia nõ est perfecta cognitio obiecti que põt fieri in instanti Siliter contingentia que requiritur ad talem actũ est q possit oppositũ actũ elicere in eodez tẽpore vel instanti. sed actus demeritorius non semp fit ex scia: sed aliquãdo ex ignorantia. Unde videtur q sola noticia incomplexa. vel apprehensio obiecti sufficit ad demeritum quãdo homo tenetur elicere oppositum actum. Ad aliud dico q assumptum est falsum. immo obligatur ⁊ homo ⁊ angelus ad preceptũ quãdocunqz apprehendit illud et cognoscit nec requiritur talis deliberatio.

Ad aliud dico pro istis duobus q non semper deliberatio est de propositionibus de futuro. Quia de illis solum est deliberatio que est perfecta inuestigatio alicuius propositionis incognite vel dubie: sed frequenter deliberatio est de propositionibus de presenti ⁊ syllogismus p̃ctic9 similit ⁊ ista delibe

ratio est perfecta cognitio ⁊ assensus. Ex^m hic est deliberatio sufficiens ad actum meritoriũ: q̃ñcũq; cognoscatur aliquid esse deus summũ bonũ siue creator oĩm ꝓ eodẽ est illud amandũ. sed in primo instanti põt angelus cognoscere oĩa illa ergo ⁊c̃. Confirmatur q̃ñcunq; cognitio i nullo est variata. si actus fuit conformatus in tẽpore põt esse meritorius: eadẽ ratione actus elicitus in ꝙ põt esse meritorius: sed cognitio perfecta angeli respectu obiecti ꝓctici: elicit ꝙ. ⁊ continuetur sine aliqua variatione per tẽpus tũc actus voluntaris sibi conformatus põt esse meritorius in tẽpore ergo ĩ istanti. Ad aliud dico ꝙ actus meritorius nõ sẽp requirit silogismum ꝓcticũ nec ꝓpositõez de futuo n^c ꝓpõez de pñti. ⁊ addato ꝙ sic Dico ꝙ q̃ñcũq; tal' silogismus ꝯponat ex ꝓpoĩbus de presenti: talis põt esse instanti sicut prius ꝓbatum est. Ad aliud dico ꝙ ita ĩputabilis põt esse sine sillogismo ex ꝓpoĩbus de futuro: sicut cũ illo. ideo nego assumptum. Ad principale patet ex dictis

## Questio septima.

Trum existentia angeli distiguatur ab essentia eius ꝙ sic. quia existẽtia ãgeli est separabilis ab essentia: ergo distĩguit̃. Assumptum patet. quia essentia aliq̃ñ existit. aliq̃ñ nõ. Contra. tũc existentia ãgeli esset accñs eẽntie quod falsum est. Ad q̃õez dico ꝙ existentia angeli nõ est alia res ab eẽntia quod ꝓbatur. quia nõ est accidens essentie. pz inductõne. Nec est alia subã. quia nec materia nec forma: nec ꝯpositũ ex his. Si dicat ꝙ est respectus dependentie creature ad deũ. Cõtra tales respectus sunt superflui. Preterea si sic: posset angelus eẽ sine tali respectu dependentie ꝯñs est falsum. ꝯña pz: quia nõ plus dependet angelus a tali respectu q̃z effectus a sua cã ⁊ accñs a suo subiecto ⁊ forma a materia: sed oĩa ista põt deus facere sine aliis. ergo ⁊c̃. Itẽ tunc existentia ãgeli esset accñs angeli: ⁊ per consequens prius natura eẽt eẽntia angeli q̃z eius exñ^a. Sil'r subã est prius natura q̃z accñs. ergo põt eẽ sine eo. Item oẽm rem priorẽ naturaliter põt deus facere sine posteriori. ergo eẽntiã sine existentia. Itẽ si sic: aut faceret vnũ per se: aut vnũ ꝑ accñs si per se: ergo vnũ esset materia ⁊ aliud forma si per accidẽs. ergo angelus esset vnũ per accidẽs. Ideo dico ꝙ nullomõ distinguit̃. sed contra quod semel distinguitur ab aliquo semꝑ distinguit̃ ab eodem. sed exñ^a angeli aliquãdo distinguebatur ab angelo. Puta quando angel^9 nõ fuit. ergo. Preterea quod est indrñs ad esse ⁊ nõ esse distinguit̃ ab vtroq; essentia est indifferens ad eẽ ⁊ nõ eẽ. ergo distinguit̃ ab vtroq;. Preterea quando angelus nõ fuit hec fuit vera: essen^a est eẽntia: siue angelus est angelus ⁊ nõ i^a eẽntia est existentia siue i^a. angel^9 existit ergo distiguit̃. Pre^a sequit̃ exñ^a ãgeli nõ ẽ eẽntia angeli g^o exñ^a angeli distinguit̃ ab essentia angeli. Añs ẽ verum ergo ꝯñs. Preterea q̃ñ angel^9 non fuit: tunc exñ^a angeli nõ fuit idẽ cũ eẽntia. ergo distinguebatur. Ad primuz istoꝝ dico ꝙ nunq̃z existentia angeli distinguebatur a sua eẽtia. ⁊ tñ aliq̃ñ exñ^a ñ fuit eẽntia ãgeli sic eẽn^a ãgeli nuq̃z distinguebatur ab essentiã. ⁊ tñ aliquando essentia angeli nõ fuit eẽntia. quia aliquãdo nichil fuit. Ad aliud dico ꝙ nõ ẽ eẽntia indifferens ad eẽ ⁊ nõ esse magis

q̄ȝ exn̄tia. quia sicut essentia pōt esse ita exn̄tia pōt eē ꝛ nō eē. Vn̄ ide oīo signifi catur ꝛ ꝯsequit̄ per vnū ꝛ reliquū. Ta men esse aliquando est nomen ꝛ tunc si/ gnificat oī modo grāmaticali ꝛ logica/ li idez cum essentia aliquando vero est verbū. ꝛ tunc significat illud verbaliter quod essentia significat noīaliter. ꝛ ido vnū nō ponitur conuenienter loco alte/ rius. quia nō habent eadē officia: sicut nec nomen ꝛ verbū. Et ideo aliquando eē ponitur inter duos terminos diꝰ ho mo est aīal vel homo pōt eē aīal: inter quos nō ponitur essentia. quia nihil es/ set dr̄e: homo essentia aīal. Ita est de cursu ꝛ currere ꝛ multis talibus. Ad aliud dico ꝙ quando angelus non fuit: hec fuit falsa. angelus est angelus: vel essentia angeli est essentia. sicut illa angelus est exn̄ᵃ. quia per oēs tales im/ plicatur ꝙ angelus sit aliquid. Ideo qñ qꝫ hec est vera: angelus est essentia: tūc illa est vera angelus est exn̄ᵃ. vel ange/ lus existit. quia existentia ꝛ essentia idē oīno significant. Ad aliud nego istaȝ consequentiā: existentia angeli non est es/ sentia angeli: ergo distinguitur. quia ꝑ aн̄s non importatur angelum eē. quod tamen importatur per ꝯn̄s. Ad aliud dico ꝙ non sint idem nec distinctū. quia idem ꝛ distinctum sunt differentie entis

Contra quādo non fuit angelus: pl9 distinguebatur angelus ab asino q̄ȝ āge lus ab angelo siue idem a se. ergo ꝛc̄. Respondeo ꝙ non plus distinguebatur asinus ab angelo q̄ȝ angelus ab angelo de facto: sed plus potuit distingui quan do vtrūqꝫ ponitur in effectu. Ad pri cipale dico sic̄ pꝫ ex dictis ꝙ nec eēntia est separabilis ab exn̄a nec econuerso lꝫ vtraqꝫ pars istius contradictionis: esse non esse potest successiue predicari tam de eēntia q̄ȝ de existentia.

## Questio octaua.

duplicit accipit large z stricte. large acci pitur pro oi qualitate generata post ac tus. que tamen pot generari sine actu. z talis habitus est subiective in corpore: z no i aia. quia post quoscuq3 actus ap petitus sensitivi generatur queda quali tates corporales no imediate ab illis ac tibus. sed mediatibus aliis actibus po sterioribus. que tn qualitates generari possunt sine actibus appetitus sensitivi sicut aliquis carens inclinatione suffici enti ad comedendu p loco z tepore. p9 actus comedendi cibu catur p alterati one z actoem alimenti. aliqua qualitas in corpore inclinans ad actu appetendi cibu z comedendi cibu. z illa qualitas no causatur ab actu comedendi: sed ab actione alimeti imediate. Et illa quali tas nata est causare esurie. que quando expedit pot causari mediatib9 aliis cau sis. puta a aceto. herba z huiusmoi. Alit accipit stricte p habitu imediate gene rato ex actu. qui habitus aliter genera ri no pot. Habitus primo° accepti sunt in corpore. etia in parte apprehen siva. Scdo modo sunt in voluntate.

Circa 2m dico q qo no est de habitu primo° accipiedo sed scdo°. Quantum ad istu intellectu dico q tanta est distin ctio actuu qta habituu. z ecoverso q pbo Tu q2 distincti habitus specie ar guunt distinctos actus specie. quod non esset nisi esset equalis distinctio int illos Tum quia econverso distincti act9 spe cie causant distictos habitus specie. q3 patet ex hoc q habitus generatus ex istis actibus no inclinat imediate nisi ad 9similes actus z no ad alios act9 Et ali us habitus generatus ex aliis actib9 in clinat ad alios actus. ergo zc. Preterea cae eiusde ronis pnt in effect9 eiusd rois

s3 habit9 generati ex actibus frequetati no possunt esse eiusde speciei. p3 de ha bitu respectu copleri z incopleri: respe ctu principii z conclusionis. ergo nec ac tus pnt ee eiusde speciei. Preterea a liquis pot scire princim z errare: circa 9clusione: s3 n pot scire z ignorare prin cipium. Ergo habitus principii z conclusionis no solum distingutur nu mero sed specie: z actus similiter. Si di cat q cae diverse spe pnt i effectu eiusde speciei. z per 9ns actus distingutur spe: no tn habitus. Cotra. sicut act9 sunt cause habituu: ita habit9 sunt cause ac tuu. z p 9ns nunq3 erit via ad pbandu3 distinctoem specifica inter habitus z ac tus. Preterea nisi obiectoru distinctoru specie essent habit9 z actus distincti spe cie: no posset pbari distinctio specifica: inter quoscuq3 habitus vel actus. q2 habitus z actus obiectoz eiusde speciei sunt eiusde speciei. Et si habitus obiec toz diverse speciei sunt eiusdem speciei: oes habitus eent eiusde speciei. Pre terea si sic tunc habitus respectu unius obiecti posset inclinare ad actu respec tu alterius obiecti alterius ronis: quia si cause sint eiusde ronis pnt in effectu3 eiusde ronis: z per 9ns no plus esset co gnitio similitudo uni9 obiecti q3 alterius

Preterea cognitio musce z albedinis differut specie: ergo oes. qm eade est ro de istis z de oibus. Preterea respec tu eiusde obiecti numero. pnt ee cogni tiones alterius speciei. p3 de cognitione intuitiva z abstractiva. ergo multo ma gis respectu obiectoz distinctoz specie. Ideo dico q semp tanta est distinctio actuum: qta habituu z ecoverso. Et io si diversorum obiectorum specie sint di stincti actus specie: erunt diversi habit9

e

specie. Et si habitus aliquorum obiec/ toꝝ sint eiusdē speciei ⁊ actus erūt eius/ dem speciei: ⁊ ideo respectu eiusdē prin/ cipii tam actus ꝙ̄ habitus i diuersis itel lectib⁹ sunt eiusdem speciei. Sed con tra illam rationem de scientia ⁊ errore: quia dilectio vnius hoīs stat cum odio alterius: ⁊ non respectu eiusdē. ⁊ tamen ille dilectiones nō sunt alterius rōnis.

Rn̄deo licet dilectio mei nō stet cum odio mei. tamen dilectio consimilis dile ctioni mei: puta dilectio alterius homīs stat cum illo odio. In ꝓposito aūt cuꝫ errore vnius conclusionis non stat sci entia eiusdē nec aliqua noticia eiusdem rōnis. Si dicat qn̄ aliqua sunt eius dem speciei quicquid stat vel repugnat vni ⁊ alteri. Sed dilectiones duoꝝ ho/ minū sunt eiusdē speciei ꝑ te. ergo. Rn̄ deo. verū est quicquid vni repugnat: cō simile repugnat alteri. lꝫ non idē mō sic est in ꝓposito. Ad principale dico. ꝙ sic act⁹ tēpera^e sunt specifice distincti. ita ⁊ habitus: sicut postea patebit.

## Questio decimanona

Trum hec ꝓpositio ꝓlata a sacerdote in missa. hoc est cor pus meuꝫ. sit vera de virtute sermonis. ꝙ non qꝛ quero qd demōstra tur ꝑ hoc ꝓnomen hoc: aut corpus xp̄i ⁊ nūc est falsa: qꝛ qn̄ ꝓfertur hoc ꝓno/ men: non est corpus xp̄i in eukaristia. g^o si tunc demonstratur corpus xp̄i illa ꝓ/ positio est falsa. Aut demonstrat̄ aliud a corpore xp̄i: ⁊ tunc adhuc est falsa. qꝛ nihil aliud a corpore xp̄i est corpus xp̄i.

Cōtra nulla falsitas est in quocun/ qꝫ sacramento ergo ⁊c̄. Ad illā que stionē dico primo ꝙ hoc ꝓnomē demō stratiuū nō est significatiuū nisi ex inten tōe ꝓferẽtis ⁊ iō ex hoc ꝙ ꝓferens vo caliter ꝓnomen demonstratiuū intendit diuersimode demonstrare vnū vel aliud aliter ⁊ aliter. est iudicandū de verita/ te ꝓpōis in qua ponitur tale ꝓnomē n^o significat aliqd ꝑ se ex primaria institu/ tione: sicut cathegoreuma. puta homo: vel asin⁹ nec significat cū alio sic sinca^{ma} ꝑ puta ꝯiūctiōes ⁊ aduerbia. Scd̄o d^o ꝙ oī ꝓpōi vocali corrīdet aliqua ꝓpo sitio mētalis. His suppositis dico tūc ad q̄ōem ꝙ ista ꝓpō ꝓlata a sacerdote vera est. qꝛ sacerdos debito^o ꝓferēs de bꝫ intēdere demōstrare corp⁹ xp̄i ꝑ pro nomē ꝓlatū hoc. Sed i^e sacerdos vnā pōem mentalē format in illo. ō. vl'tem pore ꝑus in quo ꝓfertur hoc ꝓnomen ⁊ a. sit in fine ꝓlationis istius ꝓpōnis: hoc est corpus meū: qꝛ si ante finē pro/ lationis huius ꝓpositōnis. puta in me^e ꝓlationis vel in principio velit debito^o formare ꝓpōem mentalē: in qua predi/ catur si n̄ suppones ꝓ corpe xp̄i de ꝓno mine demōstrāte idē corpus debet for/ mare talē ꝓpōem mentalē hoc corpus quod erit statim sub istis specieb⁹ si ista ꝓpositio debite ꝓferatur: est corpus et ita ꝓpō mētalis. de futuro formata ꝓ illo vel ꝑuo tēpore quo ꝓfert̄ ꝓnomen est simpliciter vera: sed in fine istius ꝓ/ lationis dꝫ formare istā ꝓpositōem: si de bito mō ꝓcedat hoc corp⁹ existēs sub istis specieb⁹. est corpus meū. ita ꝙ prima ꝓ positio sit de futuro: ⁊ 2^a de p̄nti. Sꝫ hic sunt aliqua dubia. Primū qꝛ videt̄ ꝙ ꝓnomen sit vox significatiua ad placitū ex sui primaria institutōne. qꝛ quelibet vox aut est cathegorc^a ⁊ tunc significat aliquid per se. Aut sincathegorematica ⁊ tunc significat cū alio ex sui primaria institutōe Secundū dubiū est qꝛ vide

tur q li hoc in propositione prolata sp demonstrat idē.s. in prin° me°. ⁊ fine ergo semp correspōdet eadē ppositio mentalis. ⁊ per ꝯñs si vna sit de presenti. ⁊ alia erit de presenti. Tertiū est q2 si illa propositio est vera: aut in principio: aut i fine. Et neutro° videt q2 nec i pri° n° in fine est ppositio: ergo nō est vera. Ad primū illoꝝ respondeo q pnomen demonstratiuū primo instituitur ad aliquid significandū determiate ex institutione instituētis. s3 ex primaria institutione instituitur: vt quilibet hō possit vti eo loco nois pprii cuiuscūq3 rei. Et idō dico q ex primaria institutōe est vox cathegorematica nō quia ex primaria institutōe aliquid determinatū significet sed quia ex primaria institutōe habet q quilibet pōt illud proferre ad significandum aliquid determinate quod etiā significat a° noīe pprio sicut hoc nomen corpus xpi est pprii illi nature xpi. sed hoc pronomen significat eandē naturā ex inten° pferentis. Ad 2m dubiū dico q semp idē demonstratur in prin° ppōis ⁊ in fine. sed in prin° formatur ppō de futuro ⁊ in fine de presenti. ⁊ hoc quia res aliter se habent in principio ⁊ in fine. quia in principio prolationis non ē corpus xpi sub illis speciebus. sed erit in fine. Et ideo in principio correspondet sibi propositio de futuro. ⁊ in fine de presenti. Ad 3m dico q propositio mentalis est vera in principio ⁊ in fine. Nō eadem: sed diuersa. Et causa est quia ppositio mentalis est tota simul ⁊ potest tota formari in ø. vel in paruo tempore. Et quia permanet in principio ⁊ i fine: ideo est vera in principio ⁊ in fine: s3 ppositio vocalis ñ est tota simul sed successiue: ideo est vera in fine: ⁊ non in principio. quia homines sic vtuntur propositione vocali. Et hoc denotatur per talem ppōem eē verā ex quo nō pōt tota esse simul. ideo dicitur vera in fine. quia audiens eā sic cōcepit esse in re sicut per illam ppōem denotatur. Si queris qre nō est vera in principio sicut in fine.

Rñdeo q in principio nō est certū alicui audienti q talis ppō dicit hoc aut hoc cum audiens nō ꝯcipit aliquā ppositōem. Similiter qñ dicit q hoc est corpus. adhuc nescit vtrū pferens velit dicere asini vel hoīs. quia audiens nunq̄ ꝯcipit sic esse in re sicut per ppōe3 denotatur nisi in fine. Idō ppō vocalis nō ē vera in prin°: sed solū in fine: idō non sequitur in fine nō est ppō: ergo in fine nō est vera. quia sufficit ad eius veritatē q fuit ppositio. Sed talis ꝯña est bona de ppositōne mētali. quia illa est to° simul.

Ad ar[m] principale dico q pferens sacerdos talem ppōem semp ta3 in principio q̄3 in fine demonstrat corpus xpi: sed in prin° ppō vocalis non est vera n° falsa pter causam dictā: tñ ppō mētalis vera est tam in prin° q̄3 in fine. sed alia ⁊ alia. q2 in prin° ppō de futuro i fine de pñti ⁊ sic finitur 2m quodlibetum

Explicit 2m quodlibetum.

Prima questio tertii quodlibeti.

# trum supposito

q deus intelligat ⁊ sit cā efficiēs omniū mediata possit ex hoc demōstrari q sit ifinite ꝟtutis inten°. q nō q2 oīa sūt finita. g° ex efficiētis oī3 ⁊ intentōe oīm nō pōt pbari ifinitas dei. Cōtra ifinitorum nec est efficientia nec cognitio. nisi finita. q2 aliter esset maior pfectio i effectib9 q̄3 i cā s3 tā effectibi[a] q̄3 cognoscibi

lia sunt infinita.g°. Ad qõem dico p° ꝙ supposito ꝙ ds sit efficiens oium: non põt ex hoc sufficienter ꝓbari: ꝙ ds sit infinit⁹ in vigore: q2 ex finito effectu vel ex finitis effectib⁹ sil' ꝓducibilibus: non põt ꝓbari infinitas cãe. sed qlibet effect⁹ ꝓducibilis a deo est finit⁹. Simil'r omnes effect⁹ simul ꝓducibiles a deo sunt finiti.g° ꝑ efficientiã illoꝝ non põt ꝓbari infinitas dei. Scdo dico ꝙ ex intellectione oium ꝯfusa non põt demõstrari ꝙ ds sit virtutis infinite: q2 nos hẽmus nunc de facto cognitõem infinitoꝝ generalem ꝛ ꝯfusam q̃ tñ necessario ẽ finita.

Tertio dico ꝙ ex distincta cognitõne oium qua cognitõe sufficiẽter discernuntur oia possi^a non põt demonstrari ꝙ deus sit infinite virtutis. q2 nõ põt demr̃ari ꝙ ꝑ cognitionem finitã põt deus distincte oia cognoscere. Quarto dico ꝙ ex hoc ꝙ ds est finis omnium non põt demr̃ari eius infinitas. Tum q2 non potest demr̃ari ꝙ sit finis oium. tuz q2 hoc supposito non põt ex hoc demr̃ari ei⁹ infinitas. Quinto dico ꝙ ex eius eminentia non põt demr̃ari eius infinitas. tũ q2 non põt demr̃ari ꝙ est eminentissimũ inter oia. Tũ q2 hoc supposito non põt ex hoc demr̃ari ei⁹ infinitas. q2 põt esse eminẽtissimum: ita ꝙ nihil sit meli⁹ eo ꝛ cũ hoc sit finitum. Sed ꝯ illa p° ꝯ primũ. q2. viii. phisi. arguit Aristo. sic pri^m mouens mouet infinito tpe. g° est infinite ṽtutis. Añs est vez. ꝯña ꝓbatur: q2 si mouet tpe infinito. g° põt ꝓducere successiue infinita. q2 quolibet motu põt aliqd ꝓducere: sed posse ꝓducere infinita ẽ hr̃e potentiã infinitam. Confirmatur q2 si põt successiue ꝓducere infinita: tũc infiniti effect⁹ ꝓducibiles ꝯtinentur ĩ ei⁹ virtute. q2 tale agens non põt recipe ab a° virtutẽ agendi. Preterea illud qd primũ ẽ ex se ꝛ põt ꝓducere infinita sil' est infinitũ. ds est hmõi. ergo ꝛc. Itẽ vbi pluralitas arguit maiorẽ perfectõez q̃ vnitas: ibi infinitas arguit infinitam ꝑfectõem. sz posse ꝓducere duo vel tria arguit ꝑfectõem maiorẽ q̃ posse efficer vnũ tñ: g° posse efficere infinita: arguit infinitam ꝑfectõem sed ds est hmõi. g°.

Preterea. viii phisico. ꝓbat phũs ꝙ primũ mouens est sine magnitudine: q2 si eẽt virt⁹ in magnitudine moueret in instãti i^a rõ non valeret nisi eẽt infinitus ĩ vigore. Preterea. ix. phisi. ꝛ. viii. metha. ponit cõmentator duplicem motorẽ celi sepatum ꝛ ꝯiunctuz. Al'r. n. si motor prim⁹ moueret celũ ime^e moueret in instãti qd dictũ nihil vz nisi primus motor sit infinit⁹ in vigore. Contra ꝫ^m vbi pluralitas numeral' requirit maiorez ꝑfectionẽ q̃ vnitas: ibi infinitas requirit infinitã ꝑfectõem. sz intellectio distincta duoꝝ est maioris perfectõis q̃ vnius tñ. ergo intellectio distincta infinitoꝝ est infinite perfectõis. Contra q̃rtum. q2 volũtas põt velle maius bonũ quocunqz bono finito. q2 intellect⁹ põt intelligere maius bonuz. Simil'r voluntas inclinatur ad appetendũ infinitũ bonum. sz si finis vltimus non eẽt infinitũ bonũ: voluntas non posset appetere bonũ infinitũ. Preterea impossibile ẽ ꝙ sit maius bonũ fine vltimo. g° si finis vltimus sit bonum finitũ incompossibile est bonũ finitum esse. Contra quintũ. q2 enti non repugñt infinitas. g° primum non est perfectum nisi sit infinitũ. q2 si est finitum põt ab a° excelli. Simil'r qdlibet possibile est ponendum cui⁹ non appet incõpossibilitas sed hoc non apparet. g°. Ad primum nego ꝯñam: q2 ɓm intẽtionẽ philosophi

antecedēs est verum ꝛ ꝯñs falsuȝ. quia ipse non ponit primū motorem infinituȝ in vigore. sed solum ꝓbat infinitatem ꝑ durationem sine fatigatione ꝛ diminuti one virtutis mouentis. Ad ꝓbatio/ nem concedo ꝙ potest ꝓducere succes/ siue infinita: ꝛ vult. sed vltra dico ꝙ ha bere potentiam ad ꝓducenduȝ infinita successiue non est habere potentiam in/ finitam: quia sic sol. Et simlr angelus es set infinitus. qꝛ vterqȝ habet potentiaȝ ꝓducendi infinita: sed hr̄e potentiam ꝓ/ ducendi infinita simul est habere poten/ tiam infinitam: sed talem non habet de/ us. qꝛ hoc includit contradictionem.

Ad aliud ꝯcedo ꝙ deus ꝯtinet virtu aliter ꝛ simul. infinitos effectus successi/ ue ꝓducibiles. qꝛ hoc non est aliud q̄ȝ posse ꝓducere infinita successiue. sed sic continere non est infinite virtutis. Sic enim vnus paruus ignis continet virtu aliter infinitos effectus. Ad aliud di/ co ꝙ illa affirmatiua ē falsa. illud ꝙ q̄ȝ tum est ex se ꝛc̄. ꝑpter falsam implicati/ onem. s. ꝙ aliquis posset ꝓducere infini/ ta simul: qḋ implicat contradictionem: quia bene sequitur: deus posset ꝓducere infinita q̄tuȝ est ex se. ergo deus potest producere infinita. quia li ex se: non est diminuens nec distrahens. Et sequitur deus potest ꝓducere infinita. ergo infi/ nita possunt ꝓduci a deo ꝙ īcludit con/ tradictiōem Et ideo dico ꝙ deus nec ex se nec aliunde potest ꝓducere infinita. Si dicat ꝙ hoc repugnat deo ex se. Di co ꝙ sic. tamen cum hoc stat ꝙ si essent infinita simul ꝓducibilia; deus posset il/ la simul producere. sed antecedens inclu dit contradictionem. ideo nihil potest ex illo antecedente demonstratiue probari sed solum inferri sicut ex impossibili qḋ/ libet. Ad aliḋ dico ꝙ illa ꝓpositio ge neralis vbi pluralitas ꝛc̄ est vera in illꝭ que sunt eiusdem rationis: sed non est ve ra quo ad primam partem: nec quo ad secundam: in illis que sunt alterius rati onis. Exemplum si vnus potest tantum portare vnum lapidem: ꝛ alius potest si mul portare quattuor eiusdeȝ ponderis vl' maioris: ille secūdus eēt perfectior q̄ȝ primus. Et si aliquis homo posset simul portare infinitos lapides. ille eēt infinite virtutis hic portantes lapides sunt eius dem rationis ꝛ speciei. sed non sequitur vnus homo potest vna vice tātum por tare vnum lapidem: ꝛ equus potest simꝉ portare sex eiusdem vel maioris ponde ris. ergo equus est perfectior homine. Nec sequitur: homo stans sine casu suo potest tantum portare duos lapides ar/ bor stans sine casu suo: potest simul por tare decem. ergo arbor est perfectior ho mine. ꝛ causa est: quia hic portantia sūt alterius rationis. Si dicat: si asinus vl' equus posset simul portare infinitos la pides: eēt infinite perfectionis. ergo illa ꝓpositio tenet in illis que sunt alterius speciei sicut in illis que sunt eiusdem.

Respondeo. verum est ꝙ eēt infinite perfectionis: quia posset reperiri alius equus qui non posset portare infinitos ꝛ tertius q non posset portare nisi. x. simꝉ Et in istis semper vnꝰ est ꝑfectior alio. ꝛ isti eq sunt eiusdē rōnis. Sed si nullus posset eē equus q paucioꝛes posset por/ tare: tunc non posset ꝓbari infinitas eq ꝑ illam ꝓpōnem vbi pluralitas ꝛc̄. Si/ militer videtur minor falsa: ꝑpter fal/ sam implicationem. s. ꝙ aliqḋ efficiens pōt tantum facere vnum. Tū qꝛ impos sibile est esse aliquod efficiens quando posset successiue facere plura indiuidua

eiusdem spēi. Tum qꝛ posse facere tria vel quattuoꝛ non arguit maiorem perfectionem. quia ignis paruus per eandem virtutem potest facere tria quattuoꝛ. immo infinita simul: si tot combustibilia eēnt sibi equaliter approximata. Et ideo sic posse plura non arguit maioreꝫ perfectionē. Sed si essent duo ignes quorum vnus posset simul ꝓducere vnum ignem eque perfectum cum eo: ꝛ alius posset ꝓducere duos ignes quoruꝫ vnꝰ esset eque perfectus cum primo igne. et alius eēt perfectioꝛ. tunc secundus ignis est perfectioꝛ primo. Breuiter. ergo illa ꝓpositio tenet in illis vniuersaliter que sunt eiusdem rōnis modo predicto sed non tenet vniuersalr̄ in illis que sunt alterius rationis. Et ideo concedo ꝙ si deus eēt eiusdē rōis cū aliis agentibus creatis: ꝛ posset simul ꝓducere infinita excedentia se fm̄ perfectionem siue illa infinita sint eiusdem ratōnis siue alterius: tunc posset probari ꝙ eēt infinitus in vigoꝛe. Et concedo etiam ꝙ sicut ex impossibili sequitur quodlibet: ꝙ si posset siml' ꝓducere infinita eēt infinite virtutis. sꝫ antecedens includit contradictionem.

¶ Ad aliud de. 8°. phisico. dico sicut alias dixi. Ad aliud contra tertiam conclusionem dico ꝙ illa ꝓpositio vbi pluralitas ꝛc̄. est necessaria in illis que sunt eiusdem rationis. ꝛ similiter ꝙ infinitas infert infinitatem. verum est in illis que sunt eiusdem rationis. non autem in illis que sunt alterius rationis. Exemplum lignum quod potest resistere maioꝛi igni ꝛ pluribus ignibus ne comburatur: habet maioꝛem virtutem resistendi q̄ꝫ ligᵐ quod solum potest resistere pautioꝛibus vel minoꝛi igni. ꝛ ideo si esset aliquod lignum quod posset resistere infinitis ignibus. eēt infinite virtutis in resistendo. qꝛ arguitur in illis que sunt eiusdem speciei: ꝛ tamen vna pars celi que posset resistere infinitis ignibus si eēnt ne comburatur non est infinite virtutis. quia non arguitur in illis que sunt eiusdem rationis sed alterius. Et sic illa ꝓpositio siue accipiat pluralitatem siue maioꝛitatem: vera est in illis que sunt eiusdem rationis ꝛ non in aliis. Ad ꝓpositum dico. ꝙ si intellectio diuina esseꝫ eiusdem rationis ꝛ speciei cum intellectōnibus nostris. tunc verum est ꝙ intellectio illa ē perfectioꝛ: qua possunt distincte discerni plura q̄ꝫ illa qua solum possunt pautioꝛa. Et tunc deus si solum per vnicam intellectionem eiusdem rationis. cum nostris posset distincte cognoscere infinita: illa intellectio eēt necessario infinita. qꝛ ceteris paribus perfectius est cognoscere plura distincte q̄ꝫ vnum solum. lꝫ non cognitione confusa. quia ita nos tali cognitione cognoscimꝰ infinita: ꝛ tamen nostra intellectio est finita. Sed qꝛ intellectio dei est alterius rōnis a nostris ī intellectionibus. ꝛ per consequēs discernere quod conuenit eis non est eiusdem rationis sicut nec ipse intellectiones quāuis hoc commune intellectio predicetur vniuoce de eis. ideo argumentum non valet. Si dicis intellectio dei est tāte pfectionis. nunc quante eēt si eēt eiusdē rōnis cum nostra intellectōe. sed tunc esset infinita. ergo ꝛ nunc. Dico ꝙ illa ꝓpositio equiualet ꝯditionali huic: si intellectio īfinita dei eēt eiusdem rōnis cū nostra: tante perfectionis eēt nunc: quāte eēt tunc. que vera est ꝓpter habitudinem. Et simlr̄ illa conditōalis est vera: si eēt eiusdem rōnis non eēt tante perfectionis. q̄te est tunc. vbi infertur opposituꝫ

einsdem consequētis ex eodē añcedente. Et ratio est.q2 antecedens includit contradictionem.ꝛ ideo vtraq3 pars cōtradictionis infertur ex eo. Ad aliud cōtra quartam ꝯclusionem dico ꝙ non potest demōstrari ꝙ volūtas pōt velle maius bonum quolibet bono finito.q2 non pōt ꝓbari aliquod infinitū eē.Silr non potest ꝓbari ꝙ voluntas inclinatur ad volendum bonum infinitū esse: nō plus q̄3 inclinatur ad volendum impossibile ꝛ hoc diceret vnus infidelis. Ad aliud ꝯcederet vnus infidelis ꝙ impossibile est bonū infinitum eē.nec pōt oppositū demonstrari. Ad aliud contra qntam dicer3 infidel' ꝙ enti repugnāt īfinitas:nec oppoᵐ pōt demrari. Ad pciṗ dīᵒ ꝙ ñ pōt ꝓbari ꝙ distincta cogniᵒ infinitoꝝ sit infinita sicut patet ex dictis.

## Questio secunda.

Vtrum attributa diuina distinguātur rōne.ꝙ sic.quia sunt diuersa: ꝛ non realr.ergo ratione Contra.nulla est distinctio in deo:nisi ꝑsonalis:sed distinctio attributorum ñ est personalis.ergo. Sciendum ē hic pamo ꝙ antiqui non vtebant illo vocabulo attributa:sed vtebantur hᵒ vocabulo noīa.vnde sicut qdam moderni dicunt ꝙ attributa dīna sunt distincta: ita dicebant antiqui ꝙ noīa diuina sunt distincta ꝛ diuersa. Ita ꝙ dicebant distinctionem solum in nominibus. ꝛ vnitatē in re significata ꝛ diuersitatem in signis. vnde dicit Aug.6ᵒ de trinitate.deꝰ inqt cū mltiplr dicat vere ꝛ summe simplex ē qd exponēs magr sniaꝝ liᵒ pᵒ.di.8ª dicit sic.ꝙ diligenter notandum est cū dicit Aug solū vnū deum simplicem.cū dicat cū multiplr dici:s3 hoc nō pp diuersitatem actuum vel ptiū dic.s3 pp diuersitatem ꝛ multiplicitatē noīum.q̄ de deo dicunt q̄ l3 multiplicia sint.vnum tñ significant.s.diuinā naturā. Item Anselmus in suo mo.si illa res summa bona ē: erit ne cōposita q̄3 plurimis bonis: an potius non vt plura bona. s3 vnum bonum tā multis noībus significatū ꝛc. Secūdo sciendum ꝙ distingui rōne nō est alid q̄3 hr̄e diuersas diffinitōes vel descriptiōes

Tertio sciendum ꝙ distingui dupliciṫ accipitur. Unoᵒ ꝓprie sm qd conuenit diuersis q̄ hñt diuersas descriptiones.illo modo noīa diuersa distinguunt ratōe qñ habent diuersas diffinitiones. Ex qᵒ p3 ꝙ sic distingui rōne possunt etia3 illa que distinguunt realiter.q2 noīa diuersa distinguuntur realr ꝛ rōne. S3 diceres quō tunc est intelligendum cōe dictū ꝙ aliqua non distinguunt realr sed tm̄ ratione. Dicendū ꝙ antiqui intellexerunt sic illd dcm:ꝙ de aliquibꝰ termis sumptis significatie ꝯe dicat eē idē realr ꝛ non distigui realr: ꝛ tñ de eisdē termis materialr sūptis.ꝯe dr̄ distigui rōe. Alr accipit distingui rōne iꝓprie sm qd cōuenit vni:ꝛ hᵒ ē iꝓprie.q2 ꝓprie loqndo si aliqd distinguit ab aliqᵒ distinguit Et sic distingui rōne ē hr̄e diuersas rōes siue corrn̄dere diuersis rōibꝰ.Sic.n. vᵐ ꝛ idē realr non variatū sine oī variatōe ꝛ diuersitate ꝛ p'alitate ex pte rei:corrn̄det distictis rōnibꝰ siue ꝯceptibꝰ sic res significª corrn̄det diuersis signis:ꝛ sic dns dr̄ distingui rōne.q2 corrn̄det diuersis cōceptibꝰ sin oī distictōe a pte rei sic idē dns realr est multiplex rōne sic dic Aug. S3 ꝙ aliqd vᵐ ꝛ idē realr.sit vere ꝛ realr iª q̄ distinguunt rōe:ita ꝙ non corrn̄det illis sic significatu3 signis s3 sit iª distincta rōe:ē iposiᵉ. Ex ꝑdictis dico ad qōnē

ꝙ attributa diuina distinguunt̄ rõne. q͛a attributa non sunt nisi quedam ꝑdicabilia mentalia vel vocaᵃ vel scripta nata significare ⁊ supponere ꝓ deo' q̄ possunt naturali ratione concludi ⁊ inuestigari de deo. Sed cõtra cõiter ꝯceditur ꝙ deꝰ intelligit mala: ⁊ non vult mala. ergo intelligere diuinum ⁊ velle distinguũtur. Põt dici ꝙ de virtute sermonis dꝫ concedi ꝙ vult illa que sunt mala. puta vult peccatores q̄ sunt mali. ergo vult mala non tñ vult male. Et sic intelligũt sancti tales ꝓpositõẽs: deus nõ vult mala. i. non vult male. Si dicis: deus intelligit mala. ⁊ non vult male. ergo intelligere ⁊ velle distinguunt̄. Dicendum ẽ ꝙ ẽ falatia figᵉ dictionis. qꝛ mutatur nomẽ in aduerbium. Ad argumentũ principale dico ꝙ attributa diuina siue noĩa attributalia sunt nomina diuersa realiter ⁊ ratione.

## Questio tertia

❦ Trum eẽntia diuina sub ratõe alicuius attributi sit principiuꝫ elicitiuum generationis diuine ꝙ sic. qꝛ generatio dĩna ẽ per moduꝫ intellectus: ⁊ non per modũ voluntatis. ergo eẽntia diuina sub ratione intellectus est principiũ. Contra. generatio est ꝑ motum nature. ergo non sub ratione alicuius attributi. Hic dicenduꝫ est primo ad q̃õnem ꝺ virtute sermonis. Scdõ vidẽdum est quomodo cõia dicta possunt saluari. Circa primũ dico ꝙ essentia. nec sub rõne absoluta nec sub rõne alicuius attributi: nec sub alia ratiõe est principium elicitiuum generationis diuine actiue. ꝙ ꝓbo. quia generatio actiua nõ est principium elicitiuum generationis actiue. sed eẽntia est generatio actiua. ergo. Preterea nihil est principium elicitiuum sui ipsius. sed generatio actiua ẽ eẽntia diuina. ergo ⁊c. Preterea omẽ prinᵐ distiguit̄ a principiato. eẽntia ñ distiguit̄ a generatõe actiua. g͛o ⁊c. Preterea elicitiuum ⁊ elicitum distinguũtur eẽntia ⁊ generatio actiua non distinguũtur. ergo. Preterea eẽntia. nec est pricipium elicitiuum generatõnis: que ẽ pater: nec generatõnis que est filius. ergo nullius generatõis est elicitiua. Prima pars patet. quia generatio que est pater non est elicita. Nihil enim in patre ẽ elicitum. quia quicquid habet pater: habꝫ a se. ergo illa generatio non est elicita. Secunda pars patet qꝛ eẽntia nõ ẽ principium filii. cum eẽnᵃ sit filius. ergo essentia non est principium generatõis passiue que est filius. Preterea. qꝛ primum suppositum diuinũ est omnino improductuꝫ. ergo non constituitur per aliquid ꝓductum vel elicitum. Preterea non elicitur a patre. qꝛ nihil elicit se ⁊ dictum est in primo quolibet ꝙ generatio actiua ⁊ pater nullo modo distinguunt̄. nec elicit̄ a generatõe actiua. ꝓpter idem nec ab eẽntia: qꝛ nullo modo distinguitur ab eẽnᵃ ⁊ nihil elicit se. Jõ dico ꝙ de virtute sermonis loquendo ꝺ generatõe actĩa. nullo modo elicitur nõ plus q̃ȝ eẽnᵃ. Et dico vltra ꝙ omnes ꝓpositõẽs que notant aliquam distinctionem inter essentiam dĩnam ⁊ generationem actiuam: sunt false de virtute ſmonis. qꝛ nulla distinctõ est ibi. neqꝫ magna neqꝫ parua. Circa scđm articulũ dico ꝙ elicitiuum potest accipi proprie. ⁊ sic eẽnᵃ dĩna nõ est elicitiua generatõnis actiue ꝓpter dictas causas. Alr̄ accipitur improprie pro illo quod est tam generans q̃ȝ genitum. ⁊ sic potest dici ꝙ

eēntia est elicitiua gñatōis. Et hoc nō ē aliud dñe q̄ȝ patrē generare filiū. sicut generatōem passiuā elici: nō est aliud q̄ȝ filiū pduci a patre. Secundo dico q illud sub rōne est quedā reduplicatio: ꝛ sic pōt dici essentia prin^m elicitiuū gña/tionis sub rōe alicuꝰ attributi pua īrel lectus. sic intelligendo q ponatur loco talis ppōnis. pater igitum intelligens p ducit verbū que vera est: hec aūt ē fal/sa: pater inqȝtum ens: vel essentia produ cit verbū. Ad ar^m principale conce/do q generatio est per modū intellectus predicto modo.

## Questio. quarta.

Trum deus sit causa efficiēs oīm alioꝝ a se. q nō: qꝛ nō est causa efficiens entiū rōnis. qꝛ tunc talia entia essent actualiter ꝛ re/aliter quod est falsum. Contra oīe quod nō est a deo effectiue est increatuȝ ꝛ tale est deus. ergo oīe aliud a deo est effectiue ab eo. Circa illā questianeȝ primo distinguo de cā. 2° ad questionē.

Circa primā dico q quedā est causa īmediata siue totalis: siue pcialis. Et q̄/dam est mediata que dicitur causa cau/se sicut abrahaȝ dicit cā iacob: quia pa ter patris eius. Sed nō intelligo que/stionē precipue de causa īmediata: sed tam de mediata q̄ȝ immediata. Circa 2^m dico primo q deus est causa omniū mediata. vel īmediata. licet hoc nō pos/sit demonstrari: tamē hoc persuadeo au toritate ꝛ rōne. Quia iobāis. i°. Oīa per ipsum facta sunt: ꝛc. quod non pōt intelligi de deo. quia ibi nō fit mentio de deo. ergo ītelligit de omibus aliis a deo Itē ī symbo. Credo in deū patrem ꝛc. Item extra de sum. tri. ꝛ fide catholica. Firmiter. Ipē est creator oīm visibiliū ꝛ īuisibiliū ꝛ corpalium spūaliū

Preterea probo hoc idem per rōem. P sic. oīa dependent essentialiter a deo q nō esset verū nisi deus esset causa oīm

Preterea si sic. tunc aliquid aliud a deo esset increatū vel esset pcessus in īfi nitū in causis. qꝛ accipio aliquid quod nō ponis causari a deo. Et quero vtrū sit creatū vel increatū. Si detur pri^m: q̄/ro de causa illiꝰ codēmodo. ꝛ sic ī infini tum vel statur ad aliquod increatum ꝛ oīe tale est deus. Si detur 2^m habet ppositum. Secundo dico. q deus ē cau sa īmediata oīm: quod pbo. quia omne illud a deo plus dependet a deo q̄ȝ aliq̄ creatura ab alia creatura: sed vna crea tura sic dependet ab alia q illa est cau/sa eius īmediata. ergo deus. Prete/rea si nō: hoc maxime esset de culpa ac/tuali. sed hoc nō obstat: quia idē actꝰ nu mero pōt cāri ab vna causa culpabilr. ꝛ ab alia inculpabiliter. sicut eadē voli/tio ē a causa naturali. s. a cognitione ꝛ a causa libera. s. a voluntate. ergo potest idē actus causari a deo īmediate pciali ter ꝛ inculpabiliter. ꝛ culpabiliter a vo luntate creata. Sed contra ista sunt aliq̄ dubia. P^m qꝛ nō īpossi^a sūt a deo. ꝛ tamen nō sunt deus: Secunda quia figmenta ꝛ entia rōnis que nō sunt ētia realia nec sunt a deo. nec sunt deus. Si militer esse obiecti^m ꝛ similiter pctā. nō sunt a deo. Quarto quia veritas ppositionū ꝛ priuatōnes nec sunt deus nec a deo effectiue igitur: Ad primum dico q oīa īpossibilia sunt a deo quia oīa im possibilia vel sunt cōpleta vel incomple ta. ꝛ omnia talia sunt a deo. Si dicis q chimera est vnum impossibile. ꝛ tamen non est a deo: quia tunc esset aliquid.

Rn̄º hec ē distiguēda. chymera est ipos sibilis vel possibilis q: possibile accipit vnomō ꝓ oī illo quod p̄t esse siue sit cō plexū. siue icōplexū. ⁊ sic iª ꝓpositio hō ē asin⁹ ē possibilis: quia hec ꝓpositio p̄ōt esse. ⁊ sic chymera simplicit supponens p̄ōt esse ⁊ est possibilis. quia talis ꝯcep tus vel vox p̄ōt esse. Aliomō dicitur de ꝓpōne que nō est impossibilis. ⁊ sic non p̄dicatur de chimera. Similiter impossi bile dicitur vnomō put dicitur de ter mino equalenti orōi in significādo in q̄ nihil vere affirmaᵗ p̄dicat. ⁊ᶜ chymera supponēs ꝑsonalit̄ ē ipossibil. ⁊ᶜ nō est icōueniēs ꝙ idē sit possibile ⁊ ipossibile fm̄ diuersā suppōez. Similiter illa ē fal sa de vir. ser. chymera est aliquid. chy mera nō est ens. quia in illis supponit ꝑ sonaliter. si tñ̄ supponat simpliciter oms sunt vere. Ad scd̄m dico ꝙ figmen ta sunt a deo. quia taliū quedā sunt mē talia. quedā sunt vocalia: ⁊ quedā scrip ta. Et oīa illa sunt entia realia: ⁊ sunt a deo. Similiter entia rōnis sunt entia re alia. quia ens rōnis est verbū mentale cōplexum vel incomplexū. Si dicas ꝙ ens rōnis distinguit̄ cōtra ens reale: er go nunq̄ʒ sunt idē. Respondeo primo per ꝯmenᵗᵐ: viº meᵗ in fine ꝙ ph̄i. log tur ibi de entibus cōplexis que distingū tur contra entia incōplexa: que sunt ꝑ se sub p̄dicam̄tis. ⁊ hoc sufficit ph̄ō. et postea diuidit incōplexa in decem predi camenta. Aliter p̄ōt dici ꝙ illa est di uiº vocis in sua significata. ⁊ non ꝑ op posita. ⁊ non est inconueniens ꝙ mem bra coincidant Sic enim primo priorū diuidit i cōi cōtingēs icōtigēs ad vtrūʒ necessaᵐ. ⁊ possibile. ⁊ tamen tam con tingens ad vtrūlibet q̄ʒ necessariū ē pos sibile sic in ꝓposito. Ad 3ᵐ dico ꝙ nō

sunt talia esse obiectiua que non sunt nec possunt esse entia realia. Nec ē vn⁹ ꝓuus mundus alius taliᵐ entium obie ctiuorum. sed illud quod nulla res ē: oī no nihil est sicut dicit Aug⁹. primo de doctrina xp̄iana. Si dicat fm̄ Augᵐ de tri: possum fingere talem hominē qua lem vidi. Rn̄deo. ꝙ illa fictio est intel lectio que est cōis omnibus hominibus. ⁊ si nihil in re sibi correspōdeat: est mendo sa intellectio: Similiter ad illud de peccatis p̄ōt dici ꝙ omis res que est pec catū ē a deo: tñ̄ deus nō ꝑeccat. quia nō tenetur ad opᵐ cum nulli⁹ debitor sit.

Ad quartum dico ꝙ priuationes q̄ sunt intelligibiles vere sunt aliquid. q: sunt conceptus mentis. vel voces. vel res extra animā. quia videtur ꝙ cec⁹ ⁊ cecitas significent oīno idem. ⁊ pro eo dem possunt supponere Et ideo sicat cō cedit ꝙ cecus est res extra animā ita ce citas: vt supponit personaliter: ⁊ nō sim pliciter. Ad aliud de veritate: dico ꝙ veritas illius ꝓpōnis. deus nihil creat potest creari a deo. quia veritas istius ꝓpōnis non est nisi illa propositio que a deo creari. p̄ōt. Si dicatur: ponatur in esse. Dico primo ꝙ non p̄ōt poni in esse quia po⁹ eius in esse includit ꝯtradicto ria. s. ꝙ d̄s nihil creat ⁊ ꝙ d̄s aliqd creat Q: si pōatur in esse tunc hᶜ est vera: d̄s creat hanc veritatem. deus nihil creat Et per consequens deus creat aliquid Et si creat hanc veritatē. deus nihil cre at hec est vera. deus nihil creat. Exem plum illa est vera. album potest esse ni grum. ⁊ tamen non potest poni in esse. quia tunc illa esset vera. albū est nigruʒ

Aliter p̄ōt dici ꝙ si ponatur in esse: non debet sic poni in esse. de⁹ creat hāc veritatem. deus nihil creat. sed sic: de⁹

creat hanc propositionem. deus nihil creat. pro qua propositione supponit veritas: sed tunc non erit veritas. sed falsitas: sicut hec propositio: albuꝫ potest esse nigrum. debet sic poni in esse: hoc est nigrum. demonstrando illud pro quo supponit album. Ad principale patet ex dictis.

## Questio. v.

Utrum elementa maneant in mixto. ꝙ sic: quia aliter non esset mixtum. Contra. illud quod est indiuiduum alicuius speciei nõ est pars essentialis indiuidui alteriꝰ spẽi sed elementa sunt huiusmodi. ergo non sunt pars essencienlis alicuius mixti. qđ est per se in genere. Ad questionem. dico primo ꝙ elementa non manent actualiter in mixto. nec forme elementoꝝ quia si sic. Aliter eadeꝫ pars materie forme mixti. informatur qualibet forma elementari. Aut vna pars materie ĩformatur vna elementari: ⁊ alia pars alia forma. Primũ non potest dari. quia tunc diuersa composita distincta spẽ simul haberent eandem materiam numero. Nec 2^m potest dari: quia tunc mixtio non esset nisi iuxta põ elementorum. Preterea si maneant in mixto. Aut ex eis fit vnum compositum sine omni alia forma distincta ab eis. Et sic compositum esset aliter vnũ ꝙ̃ aceruus lapidum. Aut in mixto est aliqua forma distincta a formis elementorum: ⁊ tunc q̃ritur sicut prius. Aut eadem pars materie mixti informatur omnibus formis elementaribus cũ illa a^s forma: que est forma mixti. Et tunc redit primũ argumentum. Aut non: ⁊ tunc vna pars illius mixti esset composita ex formis ignis tñ cũ illa forma mixti. Et alia pꝰ tẽt cõposita ex for^a terre ⁊ i^a for^a mixti ⁊ tũc non esset mixtio. nec cõpositio: sed iuxta põ.. Secundo dico ꝙ forma mixti ẽ ita simplex sicut forma elementi. ita ꝙ nec habet maiorem compositionem ex partibus eiusdem rationis nec ex partĩbus alterius rationis. Primũ est manifestum. quia sicut vna forma extenditur ita ⁊ alia. Secundũ patet: quia forma mixti non cõponitur ex materia ⁊ forma. Tertio dico ꝙ sicut forma elementaris subãlis non manet in mixto: ita nec qualitates eoꝝ manent in qualibet parte mixti quia forme cõtrarie nõ sunt in eodem: etiã in gradibus remissis sicut post patebit. Quarto dico ꝙ elementa dicuntur manere in mixto: quia qualitates equiualentes qualitatibus elementoꝝ manent. s. qualitates mixti: q̃ tantum faciunt sicut si essent qualitates elementoꝝ ⁊ continent virtualiter qualitates elementorum. In corporibus etiam inanimatis manẽt qualitates elementorum non quidem omnes in qualibet parte. sed alique sicut in omni parte lapidis manet frigiditas. ⁊ siccitas. In corporibus autem animatis. in diuersis partibus sunt diuerse qualitates elementorũ. sicut in osse siccitas: in san^e caliditas. ⁊ sic de aliis Sed hic sunt dubia. Primum quare ⁊ quomodo mixtum dicitur componi ex quatuor elementis. ex quo nullomodo manent in mixto. Videtur ergo ꝙ non sit mixtio

Secundum dubium quia lignum quando comburitur resoluitur in cineres et terram. Et tunc aut terra prefuit ⁊ habetur propositum. Aut non. ⁊ tunc nõ dꝫ resolui ĩ terrã Or nõ ꝑpẽ naturam agentis: quia ignis citius gñaret ignẽ ꝙ̃

tineres Tertiū dubiū quomō distingui
tur forma mixti a forma corporeitatis.

Preterea ex rosis et herbis exprimi
tur aqua. ergo illa prefuit in rosa. Ad
primū istorum dico quod dicitur cōponi ex qua-
tuor elementis: quia in mixto manent
qualitates similes qualitatibus elemēto
rum. Similiter elementa cōcurrunt
cōiter in generatione mixti. quia in oī gñā
tione mixti videtur aer concurrere et aqua
Similiter terra. sicut patet in plantis que
crescunt de terra: et in aīalibus que nu-
triūtur herbis. Et hoc aliquādo per plu-
res alteratōes: aliquādo per pautiores.
sed semper forma elementi corrūpitur
et qualitas Similiter in prima productōe
hōis corpus fiebat ex quatuor elemen-
tis vel saltē tribus Similiter salamādra
que generatur et nutritur in igne. et ma-
teria ignis convertitur in eius naturā cor
rupta forma. Ad aliud dico quomō quod
propter hoc dicitur mixtio. quis cōmunit
plura elementa concurrūt ad gñatōem
et nutritionē aīaliū. nō quia maneant ali
quomō ibi. Ad aliud dico quod cineres nō
sunt terra. sed possunt converti in terrā. ita
possunt converti in aquā: et in aerem. Et
tamen aqua nō manet essentialiter in li-
gno. citius tamen cōuertūtur in terram:
quia forte plus participant de natura
terre quam de natura aque. et eius qualita-
tibus. Ad aliud dico quod forma mixti:
et forma corporeitatis in oībus idē sunt

Ad aliud dico quod aqua illa expressa
de rosa post remanet. sed nō est eiusdem
speciei cum aqua clāri. quod pōt probari
per diuersitatem effectuū vnius et alte-
rius. Ad arm principale patet quare di
citur mixtū quamuis elemēta nō remaneāt
in mixto.

## Questio sexta.

Trum forme partium or-
ganicarum aīalia. puta carnis
et ossis et huiusmōi distinguātur spē
quod sic. quia habent accña distincta specie
ergo. Cōtra. vna forma subālis sufficit
pro oībus. ergo nō sunt plures ponende.
quia plūralitas nō est ponēda sine neces
sitate. Ad questionem dico quod neutra
pars pōt sufficienter probari ex propositio
nibus per se notis: patet de se: nec per ex
perientiā quia nō pōt probari per diuersi-
tatem accñm et opatiom. Nec per pdēp-
titatē et aliā experientiā nō habemus: nisi
per accidentia. Assumptū probatur. quia
videmus frequēter quod subē diuerse specie
sunt subiecta accñm diuersarum specie-
rum: et eiusdē speciei. Exm primi de igne
et aqua que differūt specie. et tamen ha
bent accña diuersarum specierum Exm se
cundi. ignis et aer differunt spē: et habent
accña eiusdē spēi: puta caliditatē. Si-
militer homo et angelus differunt spe-
cie. et tamen intellectōes et volitōes eorum
sunt eiusdē spēi. Secundo videmus quod
subē differunt spē: et sunt prina effectiua
accñm diuerse spēi. et similiter accñm eius
dem spēi patet in eiusdē exēplis. patet enim
ad sensum quod aqua calefacta si relinquatur
sue nature redit ad frigiditatē. et illa fri
giditas non pōt causari ab aliquo nisi a
forma sbāli. Similiter volitio angeli et
hominis respectu eiusdē obiecti que sūt
eiusdē spēi cāsantur a voluntate vtriusque
que differūt. Tertio videmus quod subē
sunt eiusdē spēi: et sunt subiecta accñm
diuerse spēi. et similiter accñm eiusdē spēi.
Exm primi. quia duo poma sunt eiusdem
spēi. et tamen vnū est naturaliter dulce. et aliud
amarum. Similiter duo homines:

vn⁹ albus. alius niger. vn⁹ audax: alius timidus. Exemplū scđi duo poma sunt eiusdē speciei: ⁊ aliqñ vtrunqꝫ est dulce aliqñ vtrūqꝫ amarum. Quarto videmus ꝙ substantie sunt eiusdem speciei: ⁊ sunt princi^a effectiua aliqñ accidētium alteri⁹ speciei. aliqñ accidentiū eiusdem speciei. Exemplū primi due voluntates hoīum sunt eiusdeꝫ rōnis. ⁊ tñ aliqñ illud idem obiectum qđ est volitum ab vno. est nolitū ab alio. ⁊ tam voli° ꝙ̄ nolitio cāntur ab istis voluntatibus. Exemplū scđi: si voluntates duoꝝ hoīꝫ diligant idem obiectū. tunc accidens eiusdē spēi cātur ab vtroqꝫ. Simil'r patꝫ manifeste ex predictis ꝙ subiecta eiusdem spēi pñt eē principia diuersaꝝ operationū specie ⁊ hoc aliqñ immediate. aliqñ mediantibus diuersis accidētibus. Simil'r subiecta diuerse spēi pñt eē princi^a operationū diuerse spēi ⁊ eiusdem spēi ⁊ h° non mediantibus aliis accidentib⁹. sꝫ immediate sicut in exēplis ṗdictis patet. cū ergo de substātiis non hēamus experientiam nisi p̱ acidentia. ⁊ illa non ꝓbant sufficienter ꝙ sit distinctio specifica vel vnitas. manifestū est ꝙ p̱ nullā viam possum⁹ sufficienter ꝓbare distinctōem specificā vel vnitatē inter illas formas. Vnde illi q tenent ꝙ forme carnis ⁊ ossis differunt specie. dicerent h° ꝓpter diuersitatem accidentiū. Alii tenentes ꝙ sunt eiusdē spēi. dicerent ꝙ oīs diuersitas q̄ est ibi. accidit ꝓpter diuersitatem accidētium que non arguit diuersitatem in substātia specificā. Que pars ē vera ⁊ que falsa simil'r ignoro. Contra . fm phm̄ iiii. thopico. illa princi^a que non possūt habere effectus eiusdem rōnis sunt alterius spēi. Preterea p omnem viam per quam arguimus differentiam specificā in aliis substantiis possumus hic arguere. igitur. Ad primum dico ꝙ illud ē verū de principiis immediatis effectuū non de mediatis. Illic sūt qui teneret ꝙ sunt eiusdē spēi. diceret ꝙ accidētia carnis ⁊ ossis cānt diuersos effectus immediate forma sūt mediate. vnde diceret ꝙ in omnē effectum in quē potest immediate vna forma substātialis pōt alia lꝫ non mediate. Ad aliud dico ꝙ nullaꝫ rōnem euidentem demonstratiue ꝓbantem distinctōem specificam inter quascūqꝫ substātias habem⁹. qꝛ nec ex p̱ se notis nec p̱ experientiam sicut ostensum est. sed ꝓbamus hoc partim p̱ experientiam ꝑtim per rōnem ꝓbabilem.

Ad principalia pꝫ ex dictis.

## Questio .vii.

Vtrū in intellectu vnius fidelis sit tm̄ vna fides numero. ꝙ non qꝛ articuli sunt diuersi. Ad oppositū est apl's ad corin. vna fides vnuꝫ baptisma. Primo pono hic vnā distinctionem. 2° ad questionem. Circa primū dico ꝙ duplex est fides. vna infusa: alia acquisita. ⁊ d° vtraqꝫ intelligitur questio. Circa 2^m dico primo ꝙ alia est fides acquisita respectu vnius articuli ⁊ respectu alterius. ergo non est vna fides acquisita. Assumptum hoc ꝓbo. hereticus incipiens errare circa aliqueꝫ articulum circa quē non errauit prius habet adhuc fidem acquisitam circa aliuꝫ articulum. quia non oportet ꝙ errans circa vnum articuluꝫ erret circa omnes sed non habet nouam fidem circa illum articuluꝫ. ergo illa fides prefuit. Et certum est ꝙ fides circa alium articulū ꝓcessit. ergo prius fuerunt due fides acquisite. Si dicat ꝙ respectu duorum articu-

lorū est vna fides numero vel specie.
Contra error vnius articuli stat cuȝ
fide acquisita alterius. ꝛ non stat cuȝ fi-
de acquisita respectu eiusdem articuli.
nec cū aliqua eiusdē rationis. ergo nō so
lum ille fides distinguuntur numero sȝ
etiā specie. Preterea omnes habit⁹
qui primo ꝯtrariantur cōtrariis distinctis
specie distinguunt̄ specie: sed due fides
acquisite duoꝝ articulorum fidei ꝯtrari
antur primo duobus erroribus distinctis
specie. g° ꝛc. maior ē manifesta. qꝛ q̄uis
medium contrarietur duobus extremis
non tā primo. qꝛ extremum contrariat̄
prius extremo q̄ȝ mediū. ideo dixi in ma-
iori primo. minor ꝓbatur. qꝛ actus cre-
dēdi huic ꝓpositioni. omis ꝑsona diuina
est incarnata. ꝛ actus credendi huic ꝓpo
sitioni. nulla ꝑsona diuina est incarnata.
sunt errores ꝯtrarii. ꝛ actus credēdi hu
ic ꝓpositōi. aliqua persona diuina est in/
carnata. ꝛ aliqua ꝑsona diuina nō est in
carnata. sunt fides duoꝝ articuloruȝ. qꝛ
vtrāqȝ particularem credim⁹ esse veraȝ
ꝑ fidē. ꝛ isti actus primo opponūtur ali
is duobus erroribus. ꝛ ꝙ vna fides pri°
oppōitur vni errori ꝛ alia alteri: sicut er
go illi errores distinguunt̄ specie. ita fi/
des opposite illis erroribus. ꝛ per ꝯseq̄ns
oīs alie fides. Preterea distincti a/
ctus sunt generatiui distinctoꝝ habituū
sed respectu diuersoꝝ articulorum sunt
disticti act⁹. g°. Preterea ī aliis mati
is circa disti° ꝯple° sūt disticti hit⁹. g° ꝛ
hic: qꝛ eadem est rō. R° de fide infu
sa dico ꝙ nec cōstat nobis per ratiōem
nec per experientiam ꝙ sit ponenda. nec
per consequens per illam viam consta/
bit ꝙ sit vna vel multe. sed solum ꝑ au/
ctoritatem. quia precipue ꝓpter aucto/
ritates que videntur dicere ꝙ est ponen
da ꝛ ꝙ est vna fides numero. que fides
non stat cum errore circa aliquem arti
culum. Utrum autem fides infusa
corrumpitur per errorem circa quēcū/
qȝ articulum propter repugnantiaȝ for
malem ad quēlibet errorem vel solū cor
rumpitur demeritorie. est dubium apud
multos. ꝛ neutra ps pōt ꝯstare nobis nisi
per auctoritates. Si dicat ꝙ. s. opponi/
tur cuilibet errori formaliter. cum fides
infusa ꝛ acquisita differant specie. ille er
ror contrariatur vtriqȝ fidei immo me/
tia. conclusio eēt concedenda licet nō pri
mo. Exemplū act⁹ assentiēdi ꝙ oīs ho
mo est aīal: opponitur cōtrarie actui as/
sentiēdi. s. ꝙ nullus homo est aīal. lȝ non
primo. quia primo opponitur errori cir
ca suum contradictorium. Sed hic
sunt dubia. quia videtur ꝙ fides infusa
sit inutilis ꝛ superflua. ex quo sufficit fi/
des acquisita. Secundū quia sicut fides
acquisita stat cum errore respectu alteri
us ita infusa. Tertium. quia sic vnus
homo est fidelis. quia habet fidem circa
vnum articulū: ꝛ infidelis: qꝛ errat circa
alium. Ad primuȝ potest dici ꝙ sicut
sol tanq̄ȝ causa ꝑticularis concurrit im/
mediate cū oibus istis causis scdis ꝑti/
cularibus ad ꝓducendum suos effectus
patet de igne hoīe ꝛ asino. ita fides infu/
sa est vnus habit⁹ vlis vl'itate cālitatis
inclinans immediate ad oīs actus respe
ctu cuiuscūqȝ articuli ad quos inclinat
fides acquisita que est necessaria xpiāo.
Et ponitur illa fides infusa qꝛ placȝ do
simul infundere principium quo inclina
tur ad omnes tales actus. Ad secū/
dum potest dici ꝙ non stat cum aliquo
errore. quia quilibet repugnat formali/
ter vel demeritorie. Ad tertium dico
ꝙ ille homo esset infidelis. quia caret fi

de infusa. Ad principale dico ꝙ quãuis articuli sint distincti. tamen fides infusa est idem habitus vniuersalis respectu omnium.

## Questio. viii.

Utrum quilibet actus assentiendi habeat pro obiecto complexum. ꝙ sic. quia habitus assentiendi. ⁊ actus vterqʒ est veridicus. ergo obiectum illorum est verum: sed tale est solum complexum. ergo ⁊c̃. Contra. idem est obiectum fidei ⁊ visionis. sed d̃us est obiectum visionis. igitur ⁊ fidei.

Hic primo dicam de obiecto assensus visionis in communi. secundo de obiecto fidei. Circa primum dico ꝙ actus assentiendi duplex est. sicut act⁹ sciendi est duplex vnus quo aliquid scitur esse vel non esse. sicut scio ꝙ lapis non ẽ asinus. ⁊ tamen nescio: nec lapidem: nec asinum. sed scio ꝙ lapis non est asinus. Similiter assentio ꝙ homo est animal. Alius est actus quo aliquid scitur. ita ꝙ actus sciendi referatur ad aliquid. Isti actus distinguuntur. patet per separabilitatem eorum. Loquendo de primo assensu. dico ꝙ ille actus non habet cõplexum pro obiecto. Tum quia ille act⁹ potest esse per solam formationem complexi sine omni apprehensione complexi. ⁊ ita sic non erit actus assentiendi complexo. Tum quia laicus sciens ꝙ lapis non est asinus: nihil cogitat de propositõne. ⁊ per consequens non assentit ꝓpositioni: licet assentiat ⁊ sciat ꝙ ita est in re vel non est mediante propositione formata in intellectu. tamen hoc non percipit. sed ille actus habet res extra pro obiectis. puta lapidem ⁊ asinum: ⁊ tam̃ nec lapis est scitus nec asinus. sed scitur ꝙ lapis non est asinus. Et si queras vtruʒ aliquid sciat̃ illo actu. Dico proprie loquendo ꝙ non debet dici ꝙ aliquid scitur illo actu. sed ꝙ illo actu scitur ꝙ lapis non est asinus. iste actus equiualet q̃tum ad multa alicui complexo quo aliquid scitur. Si dicas impossibile est ꝙ intentio sit nihil in mente ⁊ tamen ꝙ illa intelligatur. Respondeo. ꝙ per taleʒ assensuʒ apprehendo res ad extra. quia omnis assensus est apprehensio. ⁊ non econuerso. Sed loquendo de secundo actu sciendi seu assentiẽdi. di° ꝙ talis actus assentiendi proprie est actus complexus habens pro obiecto complexum quia ille actus est quo aliquid veruʒ scitur res autem extra non scitur. non eniʒ scio lapidem vel asinum. Et de illo actu loquuntur communiter philosophi.

Dicunt enim ꝙ effectus demonstrationis est habitus conclusionis. ⁊ per cõsequens actus correspõdens habitui est cõclusionis tanq̃ʒ obiecti. Dicunt etiam philosophi ꝙ nihil scitur nisi veruʒ ⁊ loquuntur de notitia complexa. Itẽ ꝙ scientia demonstratiua ex primis est ⁊ veris. ergo solum verum est obiectum scientie. Si queras quis illorum actuum est prior. Potest dici ꝙ ille act⁹ q° aliquid scitur esse vel non esse est prior vt communiter. quamuis alius non necessario presupponat eum. Si dicat: ꝙ frustra ponitur secundus actus ex quo primus sufficit. Dico ꝙ non ponitur frustra: sed ponitur ex perfectione potentie intellectiue: in plures perfectiones siue operationes que pñt vnũ actũ formare p⁹ aliũ. sic ut non tñ po/

test in no^m incôplexã. Circa 2^m ar/
ticulũ dico iuxta predicta: ꝙ duplex est
actus fidei. vnus quo creditur ꝙ ali/
quid est vel aliqd est tale: puta ꝙ deus ē
tres pˢ. vel deus est incarnatus. Alius
quo creditur aliquid: ita ꝙ actus credē
di referatur ad aliqd. Primo° loquen/
do de actu credēdi ꝛ habitu. dico ꝙ de
vi. ser. debet dici ꝙ nihil creditur illo
actu sicut nihil scitur actu sciendi. sic ac
cepto: sed tali actu creditur ꝙ deus est
tres persone. tñ obiectũ eius illo mõ q°
habet obiectũ est deus. Sed loquendo
de actu ꝛ habitu scdo° illi habent ꝓ ob
iecto côplexũ: puta articulũ. q2 sic nihil
creditur nisi verũ ꝛ per ꝯñs côplexũ. Et
si queras quē articulũ habet fides ꝓ ob
iecto. Dicitur ꝙ vna fides acquisita bꝫ
vnũ arti^m ꝓ obiecto. ꝛ alia habet aliuꝫ:
sed fides infusa que est vna numero bꝫ
alios articulos fidei ꝓ obiectis imedia
tis. quia est habitus vl'is mõ predicto.
sed hic sunt aliqua dubia. quia videt̃ ꝙ
assensus in cõi nõ habeat côplexũ ꝓ ob
iecto. Tum quia intellectus nõ assentit
nisi cognito. põt aũt assentire formata
ꝓpõne sine oi alia cognitõe ꝓpõsitio
nis. Tũ q2 tunc fides q̃ nũc est: ꝛ in vete
ri lege ñ eẽnt: eiusdē rõis: q2 obic^a sũt al
terius rõnis. quia tunc de futuro: nunc
de preterito. Tum quia assensus respec
tu côplexi presupponit assensum respec
tu rei. quia côplexũ côponitur ex cogni/
tionibus rerum. Scdm dubiũ est de
fide ꝙ nõ habeat côplexum pro obiec/
to. tum quia credo in deũ patrē: ꝛ nõ in
hoc côplexum. deus est pater. tum quia
fides ꝛ visio habent idẽ obiectũ deꝰ aũt
est obiectum visionis. tum quia hoc cõ
plexum f mẽte deus est trinus: ꝛ res signi
ficata distinguntur. ergo habent distin/
ctum assensum. Multa alia sunt ꝓ pri
ma conclusione. Ad primũ dico. ꝙ cõ
cludit de assensu. primo° accepto. nõ 2°
mõ. Ad aliud concedo conclusionem
de fide acquisita que variatur ꝑ ꝓposi/
tiones de preterito ꝛ futuro. non aũt de
infusa. Ad aliud dico ꝙ assensus. 2ꝰ
presupponit primũ. nõ tñ necessario Ad
tremoꝝ ꝓpositionis in mēte est concept⁹ sincathegoreumatic⁹ verbi copulatiui si ue copulantis subiectum cum predicato sicut in ista ꝓpōe ꝓlata. hō est aīal. vnio extremoꝝ ponitur illud verbū est qḋ est quedam qualitas absoluta. Ita ꝓpositionalr est de vnione extremoꝝ istorum ni intentōe. ꝙ est conceptus copule que ē qualitas quedā mentis. puta actus intelligendi. ꝛ iste conceptus realiter distingui tur a subiecto ꝛ predicato que sunt etiaꝫ diuersi act⁹ intelligēdi. ꝛ istis trib⁹ ꝯceptis in mēte sine omni respectu rōnis habetur ꝓpositio. ꝛ vnio extremoruꝫ eius sicut istis tribus vocibus ꝯiunctis ꝓlatis homo est aīal. hētur sufficienter ꝓpositio in voce sine omi alio ꝛ vnio extremoꝝ eius. Ad aliud dico ꝙ illud absolutum in mēte quod est subiectū vel ꝑdicatū ꝓpositionis pōt eē ꝛ intelligi cognitōe incōplexa. ꝛ tū nec vnum erit subiectū nec aliud predicatū sed hoc non ꝓpt defectum alicuius respect⁹ rōnis. sed ꝓꝑ defectum cōceptus absoluti copule. potest enim aliquis absolute cognitōe incōplexa intelligere ꝛ hoiem ꝛ aīal. ꝛ tamē nec homo erit subiectū nec aīal predicatū. ꝛ hoc ꝗꝛ deficit ille ꝯceptus sincathegoreumaticus quo posito sinꝫ omi alio respectu hō erit subiectū aīal erit predicatū ꝛ habetur tota ꝓpositio. Unde concedo ꝙ tam subiectū ꝙ̄ ꝑdicatū est cōcept⁹ relatiuus rōis sicut post patebit. Sꝫ gli bet talis conceptus est quedam qualitas absoluta puta actus intelligendi ꝛ sicut dictum est de subiecto ꝛ ꝑdicato. ita dicēdū est de genere. ꝛ omnibus intentionib⁹ secundis. ꝗꝛ tā genus ꝙ̄ species sᵗ ꝯ⁹ relatiui. ꝛ possunt dici relationes rationis sm̄ bonum intellectum. Non tamen distinguuntur a rebus absolutis. Et ideo animal qḋ est genus potest absolute intelligi cognitione incōplexa non intelligēdo qḋ est genus ꝛ sic ꝺ spē. Etcā ē ꝗꝛ iste ꝯcept⁹ gen⁹ nō tm̄ significat aīal corp⁹ colorē ꝛ alia genera. sꝫ īportat ꝙ 1ª ꝑdicētur de pluribus differētibus specie. ꝛ ita ille ꝯceptus genus connotat illa de quibus animal ꝛ color ꝛ cetera genera predicantur. ꝗꝛ ille conceptus genus non solū significat illas primas intētiones que sunt genera. sed ēt connotat species illorum generum. licet iste cōceptus color ꝛ animal non cōnotet illas species. ideo dicitur genus relatio rationis. ꝗꝛ non potest sic cōnotare nisi mediante intellectu. ꝛ tamen est qualitas absoluta in aīa. Eodē modo iste cōceptus species nō solū significat hoiem ꝛ asinum que sunt species sed cōnotat ꝙ predicant̄ de plurib⁹ differentibus numero ꝛ etiā connotat ꝙ genus est predicabile de eis. ꝛ ita pōt dici de aliis secūdis intentōibus. Ad aliud dico ꝙ veritas ꝛ falsitas ꝓpōnis nō differunt ꝑ nouos respect⁹ rōnis: sed sūt cōceptus relatiui significātes ipsas ꝓpōnes nō absolute. sed iste cōceptus veritas vltra ꝓpōnem quā significat cōnotat ꝙ ita sit in re sicut importatur per ꝓpōnem. Et falsitas importat ꝙ ita nō sit in re sicut importatur ꝑ ꝓpōnem. ꝛ per illū ꝯceptū necessitas importatur ēt ꝙ ita sit in re ꝛ nō pōt aliter esse. cōtingentia connotat ꝙ pōt alr̄ eē ꝙ̄ importat̄ per ꝓpōnem ēt h⁹ sine oi respectu rōnis. Ad aliud ꝯcedo ꝙ ꝑciū est nomē relatiuū. ꝛ pōt dici relō rōnis. ꝗꝛ denarius nō dr̄ ꝑcium nisi ꝑ voluntariā instōnem alicuius. ꝛ ita connotat actū volūtatis ꝛ actū intellectus ipsi⁹ instituentis sine quo actu nullo⁹ dicitur ꝑciū: nō pōt dici rlō rōis. Per ꝑdicta pōt sufficient̄ rūderi ad oēs rōes reprobātes

relationes rationis esse. Ad principale dico ꝙ in ꝓposito contradictoria verifi/
cantur de colūna per mutationē alis in quo est realiter sinistrum ꝛ dextrum: qa
ideo colūna denominatur dextra vel si/
nistra. quia situatur ad dextram vel sini·
stram alis. Ideo cōcedo ꝙ dextreitas i/
portat rem distinctā a colūna .s. dextraꝫ
ptē alis. Et qđ accipit ꝙ dextreitas ē re
latio rationis. falsum est. quia sine omī
actu intellectus ꝛ voluntatis dicitur co
lūna dextra vel sinistra. qꝛ stat ad dextrā
vel sinistram aīalis. ꝛ iō non plus est rela
tio rōnis in columna ꝗ̄ in aīali.

## Questio .xxx.

V Trum relatio realis ꝛ rōnis di
stinguant. ꝙ non. qꝛ relatio real'
ñ iportat aliquid extra aīam. gº
solum significat res exñtes in aīa. ꝛ per
ꝯñs est relatio rationis. Contra. rela·
tio rōnis ꝛ realis dividuntur ex opposito
ergo nulloº coincidunt in idem. Ad q̄
stionē lꝫ relatio rōnis non sit vocabuluꝫ
phisycū. qꝛ credo ꝙ non inuenit illud vo
cabulū in phi. Aristotelis ponēdo tñ ꝓp
ter cōia dicta relationē rationis aliquid
eē. dico ꝙ relatio realis ꝛ rationis distin
guuntur. ꝙ patet. quia quando sine ope
ratione intellectus res nō est talis qualis
denotatur esse per relationem ꝛ concre·
tum relationis. tunc est relatio rationis.
verbi gratia. qꝛ nihil est subiectum nec
predicatum sine operatione intellectus:
imo ad hoc ꝙ aliquid sit subiectū vel ꝑ·
dicatū requirit opatio. ideo isti ꝯceptus
relativi .s. subiectū ꝛ ꝑdicatuꝫ dicūtur re
latōes rōnis. simlr qꝛ vox non significat
rē nisi per institutōem que est operatio i·
tellectus. ita ꝙ si nunꝗ̄ fuisset hec vox:
homo instituta ad significandū: non signi
ficaret. nec eēt vox significativa: ideo si/
gnificatio istius vocis pōt vocari relatō
rationis per hoc ꝙ patet hoc nomē ho
mo: ad hoc ꝙ sit nomē. sive vox significa
tiva nihil addit ultra istam vocē hō ꝛ cō
similes: sed cōnotat actū intellectus quo
instituebat ad significandū. istis eni duo·
bus positis sine omī respectu rōnis inesse
dicit ista vox hō nomen qꝛ impossibile ē
ꝙ ista vox hō sit. ꝛ ꝙ actus quo instituit
ad significandū sit. nisi ista vox sit nomen.
Simlr qꝛ nummus nō est precium nisi ꝑ
voluntariam institutōem quā volitionē
precedit actus intellectus. ideo potest ꝑ·
cium dici actꝰ respectus rōnis. Et sꝫ hº
pōt saluari dictū Sco. qui ponit ꝙ rela·
tio rōnis potest causari: tam per actū in
tellectꝰ ꝗ̄ voluntatis. Sed qñ res est ta
lis qualis denotatur eē per relationē vl
per conceptū relationis sine omni opera
tione intellectus. ita ꝙ operatio intelle/
ctus nihil facit ad hoc. tunc pōt dici re/
latio realis modo exposito. Exemplum
quia vnum album est simile alteri albo si
ne operatione intellectus operātis: ideo
similitudo dicitur relatio realis: ꝛ sic est đ
paternitate ꝛ aliis. Ad principale di/
co ꝙ quamuis hoc commune relatio sm
intentionem philosophi sit secunda in/
tentio. ꝛ ita sm euꝫ potest dici relatio ra
tionis. quia nec ipsum nec illa pro qui·
bus supponit: sunt relationes sine opera·
tione intellectus: tamen secundum veri·
tatem theologie est prima intentio ꝛ re/
latio realis. quia licet secundum opinio
nem philosophi relatio non significat a·
liquam rem creatam extra animam: ta
men in rei veritate significat relatio /
nes diuinas: que sunt extra animam
ideo secundum veritatem est relatio re
alis ꝛ prima intentio . quia sine omni

operatione intellectus. paternitas diuina est relatio & similiter filiatio & spiratio. Simil'r quicquid sit de relatōe que est genus: tamen relatōes speciales puta similitudo & hmōi sunt reales & significant & supponunt p rebus extra aiam.

Incipit septimum quolibetum.

## Questio prima.

Utrum creatio vel conseruatio differat real'r a rebus absolutis q sic. qz creatio est relatio vel res absoluta non est res absoluta. g° &c. Contra. si differat real'r. & ergo illa res que ē cre° creat. aut g° creatōe que est alia res. aut non. Si sic. tūc erit pcessus in infinitū si nō. g° standum est in primo.

Respōdeo q ista questio includit difficultatem generalem ad creationem cōseruationem actōem & passionez. Ideo generaliter dico q nō. qz qñ propositio verificatur p rebus: si due res vel tres sufficiant ad veritatem ppōnis: alia superfluit sed iste due ppōnes lapis creatur lapis conseruatur sunt vere & verificant̄ p rebus. & ad verificandū istam ppōnem: lapis creatur: sufficit d's & lapis. & primum instās in quo est. qz istis positis īpossibile est quin hec sit vera lapis creat̄. ergo creatio nō est alia res ab istis. Simil'r ad verificandum istā lapis ɔseruatur: sufficit deus & lapis. & aliqd instans post instās creatōis. ergo ɔseruatio actio vel passio nō est alia res ab istis. Sz hic sunt dubia. pri^m est de creatōne. qz videtur q sit alia res ab istis. qz de° & lapis manent: & nō manet creatio. pz hoc p° p^m instans creatōis. Preterea si hodie ignis generet ignē & cras de° annihilaret ignem generatū. & p creatiōem in 3^a die pducat̄ iste ignis creatur & prius nō per ca^m. Et tñ oīa absoluta que sunt in tertio die fuerunt in p° die per ca^m. ergo creatō dicit aliquid p̄ter res absolutas. Scdm dubiū est de ɔseruatione. qz de° ē & lapis simil'r qñ lapis nō ɔseruatur distīg° creationem a ɔseruatōe. pz hoc in primo instāti qñ lapis creatur. g° ɔseruatio est aliquid p̄ter deum & lapidē. Ad primuz istoꝝ dico q creatio lapidis siue actiua siue passiua nō significat aliqd positi^m distinctū a deo & lapide. sed ɔnotat negatōnem immediate p̄cedere eē lapidis: qz importat q lapis nō sit & pri° imme^e nō fuerit. Et qñcūqz sic est sine omi alio respectu dr̄ de° creare lapidem. Et lapis creari a deo: & h° solū ē primū instās creationis lapidis. Ad 2^m dico q tertio die ignis creatur & nō in p°. qz in aliqua pte tertie diei fuit total'r nihil. qz fuit annihilatus ſm materiā & formā. & p° mediate fuit: ideo fuit creans. Sz in p° die nō fuit creatus sed generat°. qz in primo die nō accepit eē ſm se totū. qz materia fuit p̄supposita generationi. Et si dicat ponam° q solum forma ignis annihiletur in tertio die: & repet̄ p creatōnem: tunc manet eadē materia primo die & tertio: & tñ tertio die creatur & p° die non. Rñdeo. tertio die creatur forma ignis: qz tc̄ pducit̄ a solo deo: qui solum agit ad extra p creatōem. Primo aūt die nō pducitur a solo deo sed ab igne. iō non creat̄ Unde hoc nomē creatio qñ solum dicitur de lapide: ita q lapis vel ignis soluz dr̄ creari & non generari. cōnotat q ignis immediate pri° nō fuit & q ignis pducitur a solo deo. Ad 2^m dubiuz dico q ɔseruatio siue actiua siue passiua: nō dicit aliam rem a deo & lapide. Et sicut crea/

tio lapidis iportat vltra deū: ꝙ lapis modo est ꝛ prius nō fuit: ita cōseruatio importat vltra deū ꝙ modo est ꝛ pri⁹ fuit ꝛ q₂ hoc nō est verū in primo instāti creationis lapidis. iō tunc non conseruatur sed creatur. Ad principale dico ꝙ licet creatio sit nomen relatiuū. tamē potest supponere pro rebus absolutis ꝛ iō de virtute sermonis hec est ꝯcedēda. creatio actio est deus. ꝛ creatio passio est lapis.

## Questio secunda

v Trum qualitas differat realiter a substantia. Qꝺ non. q₂ rectū curuū triangulum quadrangulū ꝛ hmōi sunt qualitates ꝺ tertia specie ꝛ sunt substātie eo ꝙ de⁹ non posset facere corp⁹ sine figura. ergo ꝛc. Cōtra albedo ꝛ nigredo sunt qualitates. ꝛ non sunt substātie vt manifestū est. ergo. Ad qōnem dico ꝙ qualitas de tertia specie differt realiter a subā. qꝺ probo. q₂ ipossibile est aliqd transire de vno contradictorio in ꝯtradictorium sine acquisitōe vl' deperditione cuiuscūq₃ rei vbi nō saluatur per transitōem tpis vel motum localem: sed hō est primo nō albus. ꝛ postea albus ꝛ iste trāsitus non saluatur ꝑ motum localem: nec transitōem tpis. ergo albedo differt realiter ab homie. Scꝺo dico ꝙ qualitates de quarta specie cuiusmodi sunt figura curuitas ꝛ rectitudo: densitas: raritas ꝛ hmōi. non sunt res distincte a substantia ꝛ aliis qualitatib⁹ Qꝺ probo. quia quando ꝑpositio verificatur ꝓ rebus. si vna res sufficit ad ei⁹ veritatem. frustra ponuntur due. sed tales ꝑpositiones linea est recta : substātia est curua. ꝛ huiusmodi verificantur ꝓ rebus ꝛ sola substantia sic. vel sic situata sufficit ad eius veritatem. partes substātie disponantur ſm lineam rectam: ꝛ nō moueantur localiter. nec augmententur nec diminuentur. contradictio est ꝙ primo substantia sit recta ꝛ post sit curua. ergo rectitudo vel curuitas nihil addit super substantiam ꝛ partes eius. Unde si deus per potentiam suam absolutā separet a substātia situata ſm lineam rectā omne accidens tam absolutum q̄₃ relatiuum. ꝛ ꝙ partes illius substātie in eodem situ conseruentur. Adhuc illa substātia erit recta sicut prius. ergo ꝛc. Sed hic est vnum dubium quomodo scitur ꝙ qualitas est alia res a substāna ꝛ quomodo non. Respondeo ꝙ quādo aliq̄ ꝑdicab^a ꝑnt success^e ꝟificari ꝺ eoꝺ q̄ ꝑnt de eodē ꝟificari ꝑpter solum motum localē: tunc n̄ oportet ꝙ illa ꝑdicabilia res distinctas significēt huiusmodi sunt curuum rectum ꝛ hmōi. Nam quando aliquid est rectum. si postea nulla re adueniente: ꝑtes ipsius per motū localem approximentur: ita ꝙ min⁹ distent q̄₃ prius illud dicitur curuum. ideo curuitas ꝛ rectitudo important alias res a rebus rectis ꝛ curuis. Similiter est de figura ꝙ per solum motū localem aliquarum ꝑtium pōt aliquid fieri diuerse figure. Mirabile enim esset si quotienscūq₃ partes mutarentur localiter. totiens acquirerēt nouas qualitates ꝛ perderent: sed sic nō est de albedine ꝛ nigredine. q₂ nō per h^o solum ꝙ partes alicuius mouentur localiter fit calidum vel frigidum. ꝛ iō omnia talia importans res distinctas a substantia. Ad argumenta principalia patet ex dictis.

## Questio tertia.

Trum actio vel passio differat realiter ab absolutis. q sic. quia res absoluta dicit agens. actio autem nō est nec dicit agens. ergo. Cō tra. pluralitas nō est ponēda sine necessitate. sed hic nō est necessitas. ergo rc.

Ad qōnem dico q nec actio nec passio differt realiter ab absolutis. qd pbo. primo quia si sit alia res quero vtrū sit p se stans vel non. Si primo tunc est sub stātia z habet intentū. Si 2° tunc actō inest agenti aut patiēti. Si primo tūc oē agens z omne mouens vere recipet nouam rem in se qncūqz ageret vel moueret. z ita corpus celeste z celestia ɔtinue reciperent nouas res in agendo. z ita de us in agendo recipet nouam rē in se. Si actio sit in patiente tūc illa res non deno minatur pprie agēs sed patiens. Simlr tunc patiēs semp adminus recipet in se tres res: puta actōem z passionē z quali tatem absolutā quod videtur absurduz. Si dicat q tunc non sequit q deus reci peret nouas res qz non est silr de deo et aliis creaturis. Contra. de9 nihil reci piendo vere z realr agit: z per ɔña est ibi actio sine tali re media. ergo frustra pōit talis res in alio agente cum possit vere z realr eē agens sine tali alia re. Pre terea illa res que ponitur actō. aut ē cre ata aut increata: si non ē creata ergo ē d9. si creata quero a quo. Non nisi ab a gente vt scilicz agens pducat illam rem Unde hoc dato quero de pductōe illi9 rei sicut prius. z erit pcessus in infinituz vel stabitur q vna res pducitur sine omi re media. z eadem ratione standum ē in primo. Preterea oēm rem quam p ducit deus mediante causa secūda: pōt p se immediate pducere. ergo illā rem que ponitur actio quādo ignis agit in lignuz potest deus immediate pducere sine hoc q ignis agat. quo facto: quero aut ignis agit aut non. Si sic ergo ignis agit. z tamen solus deus agit. Si non agit. cōtra in igne est actio formaliter z subiectiue existēs. z per ɔsequens vere denomiatur ab actione. ergo ignis vere agit: z ita agit z non agit. quod est impossibile.

Preterea quando ppositio verificat p rebus si tres sufficiant ad eius veritatem nō oportet ponere quartam. sed ista ppositio ignis agit in aquam. verificatur p rebus. z ad eius veritatem sufficiunt ignis aqua: z calor pductus in aquā ad pñsentiam ignis. ita q nisi ignis eēt pre sens aque nō pduceretur. ergo calor na turaliter sine omi respectu medio pduci tur. z tunc ignis vere dicitur agens z aq patiens z calor effect9 pductus. ergo nl la alia requiritur ad veritatem taliuz p positionū. Sed contra. impossibile est trāsire de contradictorio in cōtradictorium sine omni mutatione. sed ignis produ cendo calorem in aquam in primo instā ti in quo ignis generatur: ignis vere agit in materiā. z materia vere patitur recipi endo formā ignis. z post illud instās nec materia patit nec ignis agit. ergo est ibi aliq mutatio. s3 nihil nouū acquirit. ergo aliqd precedēs corrumpit: z nō nisi actio vel passio. z nō corrumpit aliqd ab solutum. ergo respectus. g° actio z passio sunt respect9. Preterea qñ ppositio verificatur pro rebus si pauce non sufficiūt. requirunt plēs. sed ista ppō ignis calefacit aquam. verificatur p rebus et res absolute nō sufficiunt ad verificandum eam: qz possunt oīa absoluta fieri a solo deo: z tunc nō erit hec vera: ignis agit. ergo rc. Ad primum istorum dico q aliter dicendum est de agente

non conseruate: ⁊ alr̃ de agente ꝯseruan te: mō loquendo de agente nō ꝯseruāte. tunc talia trāsitus saluat̃ ꝑ solam trāsi/ tionē tp̄is. q2 sola actio que nō est conser uatio importat hoc totū ꝙ ad presentiaꝫ istius ignis ad aquam sequit̃ calor in aq̄ q̄ nō eēt in ea nisi ignis eēt presens aque ⁊ q2 post pri^m instans illud in quo poni tur forma ignis si agens destrueretur: ni bilomin⁹ eēt forma ignis in materia aq̄ ideo tunc ꝓpter transitiōem tp̄is dicitur ignis nō agens. qui prius erat agens. Si mil'r q2 passio que nō est ꝯseruatio passi ua dicit hoc totū ꝙ materia nunc hꝫ ali/ quam formā ad p̄riam ignis. q̄ꝫ pri⁹ im mediate non hūit post primū instans ex hoc ꝙ tp̄s transit sine oī alio addito: seq/ tur ꝙ hec sit falsa hoc passum patit̃ ab hoc agente. ⁊ ꝙ hec sit vera hoc passum nō patitur ab hoc agente sicut sola trāsi/ tio tp̄is sufficit ad verificandū istā. Pri mo sortes est in a ⁊ postea istā sortes nō est in a. Sed de agēte ꝯseruante non p̄nt talia ꝯdictoria verificari: nisi ꝓpter d'stru ctionem effectus Et si queratur vtrū actō ⁊ passio transeāt post pri^m instās. R̄n̄ ꝙ sic. sub isto intellectu ꝙ agens cessat es se agens. ⁊ patiens cessat eē patiēs ⁊ iste intellectus est verus. Et sub isto intelle/ ctu p̄ōt cōcedi ꝙ priuatio mere corrum pitur. ⁊ ꝙ priuatio corrumpitur in aduē tu forme: non ꝙ aliquid vere corrumpit̃ sed q2 materia cessat eē in potentia: vel cessat eē priuata hoc ē īcipit habere for mam. Ad scđm frequēter prius dictū est. ideo nūc transeo. Ad argumentum principale dico ꝙ logice loquēdo actio vere est agens. q2 vere ⁊ realiter suppo/ nit pro agente.

## Questio .iiii.

v Trum p̄dicamentuꝫ actionis ⁊ passionis cōponant̃ ex ꝯcepti/ bus. ꝙ non q2 predicamentū v/ trūqꝫ predicatur de rebus. g° cōponitur ex rebus. Contra. ista p̄dicamenta cō ponunt̃ ex signis natural'r significantib⁹ res. sed ꝯceptus sunt hmōi igr̃. Ad q̄/ stionē dico ꝙ sm̄ intentiōem philosophi verba mentalia actiua que sunt ꝯcept⁹: sunt in p̄dicamēto actōis ⁊ oīa verba mē talia passiua sunt in p̄dicamēto passionis siue illa verba significent substātias siue qualitates. q2 Aristoteles nomiat vbiqꝫ ista predicamēta ꝑ hmōi verba. sicut ꝑ a tet in predicamētis. ⁊ cū eo ꝯcordat Da mascen⁹ in logica sua. Unde p̄dicamen/ tum actionis nō est nisi quedā ordinatio verborum actiuorum īportantiuꝫ ꝙ ali qd agit vel facit aliquid. ita ꝙ vnū ver/ bum vere predicatur de alio verbo: cuꝫ hoc pronomine qui addito. sic dicendo: quod calefacit: agit: quod frigefac̃ agit ⁊ si talia verba essent in vsu ⁊ sua ꝑtici/ pia ⁊ noīa eis correspōdentia ꝓ eisdem supponerēt sicut oīa idem significant. tū agens ⁊ actio supponerent ꝓ eodem. Et tunc de virtute sermonis debet cōcedi q actio est res absoluta sicut agens. ⁊ ꝙ si/ cut agens est substāns. ita ⁊ actio ē sub/ stātia. tū subā est contingēter actio. sicut est contingenter agēs Et eodēmodo de virtute sermonis passio est subā sicut pa tiens. Et hoc videtur dicere Damasce/ nus in logica sua. Unde dicit facere aūt ⁊ pati subā quedaꝫ est tal'r opans vl' pa tiens. Ad argumentū principale dico ꝙ neutrum p̄dicamentū predicatur d' re bus sed de conceptibus rerum.

## Questio quinta.

Trum predicamentū qñ im-
portet rem distinctā a reb⁹ ab
solutis. ꝙ sic. q2 acceptis duo
bus indiuidua eiusdē rōnis ꝛ in oibus
similibus nisi ꝙ vnū sit ante aliud: vel
est dre ꝙ vnuꝫ est antiquius alio. ergo
vnū habet aliquid ꝙ aliud nō habet. ꝛ
nō nisi respectū importatū p quando er
go quando iportat talem reᵐ. Cōtra
fm oēs cuiuslibet respectus oportet po-
nere aliquē terminū. ꝛ sicut patet. nō po
test poni aliquis terminus illius respe-
ctus quando nisi tēpus sed tēpus multo
rum que vocantur quando est preteri-
tum ꝛ per consequens non terminat ta
lem respectū realem. Ad istā qōeꝫ di
cam primo. ꝙ quando non est talis p-
nua respectus distinctus a rebus abso-
lutis. 2° dicā ex quibus cōponitur pdi-
camentū qñ. Circa primū dico ꝙ qñ
nō est talis respectus dstinctus a rebus
absolutis. Qđ pbo multipliciter. p° sic.
Si quando sit talis res inherens rebus
temporalibus cum non plus debe-
at talis respectus poni respectu vni⁹ tē
poris q̄ȝ alterius. ergo respectu tēporis
futuri erit talis res. ɔñs est falsum. q2
si aliqua talis res sit in isto homie q erit
cras: sine qua nō pōt dicit ꝙ erit cras: si-
cut nō pōt aliquid esse album sine albe-
dine. ergo respectu cuiuslibet instantis
illius tēporis in quo erit aliqua tal' res
in isto hoie: ꝛ cum ista instantia sint infi
nita: sequitur ꝙ in puero qui nasceret
cras erūt tot res: quot sunt futura taᵃ
in quibus erit: ꝛ ita in illo puero erunt
infinite res. similiter in hoie qui fuit in
finitis tēporibus ꝛ instantibus erunt re-
licte tales res infinite. Et si dicas: ꝙ
illa instantia nō fuerunt in actu. Cō-
tra. aut aliquod instans vnq̄ȝ fuit in ac-

tu. aut nullū si nullū ergo nihil est. si ali
quod ꝛ nō plus vnū q̄ȝ reliquū. g° in-
finita fuerunt in actu. Secūdo de oī
re contingit determinate dicere ꝙ est vl'
nō est. a ccipio tunc illā rem que debet
dereliqui ex adiacentia tēporis crastie
diei. tunc in isto hoie est determinate iᵃ
res que vocatur quando de futuro vel
non. Si est in ipso. ergo hec est determi
nate vera: hoc erit cras. Si nō est in co
ergo sua opposita est determinate vera:
scꝫ ꝙ hic homo nō erit cras. ꝙ est con-
tra Aristot. qui in futuris contingenti-
bus negat veritatē determiatā. Tertio
quero aut in isto homine est talis respe
ctus respectu crastie diei aut nō. tunc ar
guo. sequitur formalit talis respect⁹ re
spectu crastine diei est in isto hoie. ergo
iste homo erit cras sicut sequitur forma
liter in isto hoie est albedo. ergo iste hō
est albus. Et vltra arguo. oīs ppositio
vera de presenti que nō dependet ex ali-
qua de futuro habebit aliquā ppōem
de preterito necessariā. sicut si hec sit ve-
ra. nunc sortes sedet in a die postea. hec
erit semp necessaria: sortes sedit in a. die
ergo si hec sit vera nunc illa res que est
quando respectu diei crastine est in sor-
te ppter ꝙ sortes est determinate futu-
rus cras. post instans illud hec erit. sp
necessaria. ista res que est quando fuit i
sorte. ꝛ ita post illud instans hec erit sp
necessaria. sortes fuit futurus cras. ꝛ p
ɔñs deus nō pōt facere quin sortes sit
cras. quia hoc solo priuatur deus inge-
nita facere que vtiqꝫ sunt facta. Si aūt
illa res que est quando respectu diei cra
stine nō sit in sorte. ita ꝙ hec ppō de pñ
ti sit determinate vera: cum eius veritas
non dependet ex aliquo futuro hec erit
semp necessaria. illa res non fuit in sor-

q

te. ⁊ sequitur formaliter ista res nõ fuit
in sorte. ergo sortes nõ fuit futurus i die
crastina sicut sequitur albedo nõ fuit in
sorte. ergo sortes nõ fuit albus. Añs est
necessariũ per ypotesim. ergo consequẽs
est necessariũ. ⁊ per ɔñs deus nõ potest
cõicare vitã sorti vsqꝫ ad diẽ crastinam
⁊ oĩa que eueniũt de necessitate eueniũt
⁊ nihil a casu neqꝫ a fortuna. Cõfirma
tur. quia sicut ꝓpõ vera determinate de
presenti. habet aliquã ꝓpõem de prete
rito necessariã. ita ꝓpositio falsa de pre
senti que nõ dependet ex futuro. habet
aliquã de preterito impossibilem: sicut
si hec est modo falsa: sortes est in a: hec
semp post a. erit ĩpossibilis: sortes fuit ĩ
a. ergo si hec sit mõ determinate falsa
ista res que ẽ quando respectu diei cra-
stine est in sorte. ista semper post erit im
possibilis. ista res fuit in sorte. ⁊ per cõ-
sequens ista semp erit impossibilis sor-
tes fuit futurus. Et tũc quero aut sor
tes põt esse cras aut nõ. si sic. ergo sortes
põt esse cras sine tali respectu. Similiť
hec tunc nõ est impossibilis sortes fuit
futurus cras. sed necessaria: quia eius
de presenti est determinate vera. ⁊ ita
sortes necessario erit cras. aut sortes ñ
põt eẽ cras: ⁊ tunc impossibile est sortez
eẽ cras. ⁊ ita nullum eẽt futurum con-
tingens: sed omĩa de necessitate euenirẽt

Confirmatur quia si quando sit talis
res. tunc sicut impossibile est aliquid es-
se calidum sine calore: ita impossi-
bile est rem temporalem esse futu-
ram sine tali re. consequens est fal-
sum. quia hec est vera antixp̃s erit an-
te diem iudicii. ⁊ tamen in antichristo
cum sit nihil non est talis res. Si dicis
ꝙ ex tempore futuro non derelinquitur
talis res anteꝙ̃ res tẽporalis fuerit in il
lo tempore: ⁊ sic antixp̃us non existens
non habet talem rem derelictam ex tẽ-
pore futuro. Contra. si sine tali re ve-
re ista res erit cras: ⁊ in omni tempore
futuro eadem ratione sine tali re vere
ista res fuit in tempore preterito. ⁊ eti-
am nunc est ergo frustra ponitur talis
res. Quarto quia nullam contradi-
ctionem includit ꝙ deus conseruet sor-
tem qui fuit heri sine tali respectu ꝑ quẽ
dicitur fuisse heri. quia potest per potẽ-
tiam suam absolutam sortem conserua
re. ⁊ illam rem destruere ponatur ergo
in effectu. ⁊ tunc quero. aut iste homo
fuit heri aut non. si sic. ergo sortes vere
fuit heri. sine tali re. ⁊ per consequens
per illam rem non dicitur sortes fuisse
heri. quod est propositum. Si sortes
non fuit heri contra per positum hec fu
it heri vera. sortes est hodie: ergo prius
hec de preterito semper est necessaria.
sortes fuit heri. ita ꝙ deus non potest
facere ꝙ sortes non fuit heri ex quo fu
it. Ideo dico ꝙ quando non est ta-
lis res. Circa secundum dico ꝙ preᵐ
qñ ɔponiť ex aduerbiis vľ aliis termĩs
aduerbiis equiualentibus per que con-
uenienter respondetur ad questionem
factam per interrogatiuum quando.

Et ideo semper nominat Aristote-
les illud predicamentum per hoc inter
rogatiuum quando ⁊ non aliter. quia
non habemus nomina specialia ad om
nia illa per que respondetur ad talem
questionem. Et ideo hoc predicamen
tum non importat rem distinctaꝫ a sub
stantia ⁊ qualitate. sed importat substã
tiam vel qualitatem aduerbialiter ⁊ nõ
nominaliter. Sed dubium est quomo

do potest saluari transitus a contradictorio in contradictorium puta q nunc hec est vera. sortes fuit heri: et heri non fuit vera. Respondeo q saluatur per transitionē temporis. Nam ex hoc q tēpus transit cui iste coexistebat nunc. dicitur sortes fuisse heri. et prius non.

Ad principale dico q quando non importat respectum talem. sicut homines ymaginantur. sed importat coexistere. vel coexistitisse: vel q coexistet cum tali re. Nam ex coexistentia rei cum tempore. non plus derelinquitur aliqua res in re temporali q in angelo derelinquitur aliqua res ex hoc q coexistebat mihi: vel ex hoc q fui i villa: vel in ecclesia. Et quando dicitur q ille qui est antiquior habet aliquid q alius non habet. Respondeo dupliciter accipitur habere. vnomodo sicut subiectum habet accidens. et sic falsum est assumptum. Aliomodo q coassistebat maiori tempori. Et sic habet aliquid quod alius non habet. quia habere plures annos non est habere in se formaliter. Sed tantum coexistitisse pluribus annis. Sic ergo dico q predicamentum quando componitur ex talibus aduerbiis. hodie. heri. cras. pridie. et sic de omnibus aduerbiis per que cōuenienter respondetur per istam interrogationem quando.

## Questio. vi.

Trum vbi importet rem distinctam a rebus absolutis q sic. quia per motum localem vere aliquid acquiritur. sed nihil absolutum acquiritur per motum localem ergo respectus. Contra. omnia possunt saluari per absoluta. ergo et cetera. Ad istam questionem dico breuiter q non. q probo primo. quia non est ponendus talis respectus nisi per motum localem. aliquid acquiritur vel deperditur: sed propter hoc non: quia vltima spera ponitur moueri localiter: et tamen nullum nouum ibi acquiritur: quia non est aliquod corpus circumscribens vltimam speram. quod possit esse terminus illius respectus. ergo. Et si dicat q vltima spera habet diuersum respectum ad centrum: quia terra quiescit in medio. ita q circa medium mouetur vltima spera. Contra. ex isto habetur propositum. q motus localis potest esse sine acquisitione talis vbi. quia manifestum est q celum non est in terra sicut in loco. ergo non est ibi tale vbi.

Preterea si totum celum esset continuum cum contento: et esset precise vnum corpus sicut deus posset facere adhuc posset deus circulariter mouere illud corpus: et tamen tunc nihil quiesceret: ergo et cetera. Preterea si deus faceret vnum corpus sine omni loco adhuc posset illud corpus mouere. Et tamen tunc nihil quiesceret nec esset aliquod vbi acquisitum. Preterea et si sic: tunc non solum totum celum. sed et quelibet pars haberet tale vbi. Et per consequens erunt tot talia vbi in celo: q sunt partes in celo. vel erit vnus respectus totalis extensus ad extensionem celi.

Preterea non includit contradictionem q deus destruat illum respectum. Non destruendo locum: nec corpus locatum. nec etiam trāsferen-

do locū vel locatū de loco ad locū quo
facto quero. an illud corpus est in hoc
loco an non. Si sic: ꝛ nō habet talē res/
pectū: ergo locatū est in loco sine tali re/
spectu ꝛ per ꝯsequens frustra ponit̄. Si
nō ē i codē loco que prius fuit ꝛ nihil ē
corruptum. ergo aliquid est motū loca/
liter. quod est contra positū. Secun/
do dico. ꝙ predicamentū. vbi cōponitur
ex aduerbiis loci. per que conuenienter
respondetur ad questionē factā per hoc
aduerbiū vbi. vt ibi. illic intus. foris ꝛc̄.
aduerbia localia. Ad argumentū pri
cipale dico. ꝙ aliquid pōt esse alicubi v
bi prius nō fuit ꝓpter motū localē sine
oī acquisitione vel perditione cuiuscun/
qꝫ respectus. quia ex hoc solū ꝙ ali/
quid mouetur localiter. ꝛ fit presens
alicui loco. ita ꝙ nihil sit mediū inter ip
sum ꝛ locū dicitur ipsum esse alicubi v
bi prius nō fuit. Si dicat ꝙ in oī mo/
tu aliquid acquiritur mobili vel de per/
ditur ab eo. Respondeo nego illud
sed sufficit ꝙ acquiratur: vel deperdat̄
locus qui nō est subiectie i locato. ꝛ hᵒ
est speciale in motu locali. Et si dicat ꝙ
locus nō acquiritur alicui nisi informet
ipsum. Respondeo negando illud.
qꝛ locū acquiri alicui nō ē aliud q̄ȝ per
motū localē fieri ꝙ nihil sit mediū inter
corpus locatū ꝛ locū. Aliqn̄ etiā pōt eē
motus localis sine acquisitione cuiuscū/
qꝫ informantis. vel nō informātis. sed
sufficit ꝙ si esset aliquis locus circūstās
ꝙ tunc acquireretur locus. Exēplum
est de vltima spera. quia per hoc ꝙ mo
uetur localiter nihil acquirit. tamen si es
set aliquis locus ei circunstans illā spe/
ram: tunc acquireret illū locū: sed de fa
cto nullum locū acquirit de nouo: ꝛ ta
men dicitur moueri localiter.

## Questio. vii.

Trum positio vel habitus im
portet respectus distinctos a
rebus absolutis. ꝙ sic. qꝛ ces/
sio ꝛ statio vere sunt in re. ꝛ nō sunt idē
realiter. ergo sunt distincta nō absoluta
quia tunc quandocunqꝫ aliquis homo
staret postq̄ȝ sedit vere acquireret vnū
absolutū. ꝛ perderet aliud quod est fal/
sum. ergo sunt distincti respectus. Pre
terea de habitu apparet idē. quia aliqd
dicitur nunc habere habitū quē prius n̄
habuit. ergo ibi aliquid subiectiue acq/
ritur. non nisi respectus. ergo ꝛc̄. Con
tra. pluralitas nō est ponenda sine neces
sitate. Respondeo primo. ꝙ positio n̄
dicit aliā rem a rebus absolutis. Cuius
rō est. quia quando aliqua predicabilia
possunt successiue verificari de aliquo
ꝓpter solū motū localē. que nō possunt
simul verificari de illo. nō oportet ꝙ il/
la predicabilia importent res distinctas
a rebus absolutis. sed per motū locale ꝫ
sine oī respectu medio pōt de nō sedente
fieri sedens. quia aliter partes applican
tur ad inuicē seipsis sine oī alio quando
sedet ꝛ quando stat: ꝛ plus distat vna
pars ab alia vno tempore q̄ȝ alio. ergo
Et ideo dico ꝙ positio que est predi/
camentū nō significat rem distinctā a re
bus absoluta. sed significat partes rei
absolute sic situatas. quia ex hoc ipso ꝙ
aliquis est rectus. ita ꝙ tibie nō incuruā
tur. nec partes tibiaꝝ approximant̄ di/
citur homo vel aīal stare. quando autē
partes incuruantur dicitur sedere. Se/
cundo dico ꝙ in isto predicamento sunt
sedere: stare. iacere ꝛ consimilia que non
possunt ꝯuenire nisi quanto cuius pres
possunt diuersimode approximari. ꝛ ro/

pter quam diuersam approximationẽ predicabilia contraria siue incompossibilia possunt eidẽ successiue competere: Tertio dico ꝙ habitus qui est ꝑdicamentum: non dicit aliquam rem distinctam a rebus absolutis. Quod ꝓbo quia accipio aliquem calciatum. possibile est ꝙ deus destruat talem respectũ qui vocatur habitus: non destruendo caligam nec tibiam. Nec mouendo ista localiter. hoc posito quero vtrum esset calciatus aut non. si sic habetur propositum. Si non ⁊ nihil absolutũ est corruptum. ergo aliquid est motum localiter ꝙ impossibile est ꝙ aliqs sit primo calciat⁹ ⁊ postea discalciatus: nisi ꝓpter corruptiõem alicuius absoluti vel ꝓpt̃ motum localem alicuius absoluti. Ideo dico. ꝙ ex hoc solo dicitur aliquis calciatus ⁊ sic de aliis. quia talis res: puta caliga vel caputium. sit sibi modo applicata ⁊ non prius. vnde habitus qui est predicamentum importat ꝙ vna res sit circa aliam que est mobilis ad motum ipsius nisi contingat impedimentum q̃ res non est pars illius rei habituate nec est simul cum illa re. sed distinguitur loco ⁊ situ a re habituata. Quarto dico. ꝙ in isto predicamento ponuntur talia: armatum esse calciatum eẽ ⁊ sic de aliis. Ad principale dico ꝙ cessio et statio possunt stare ꝓ conceptibus. ⁊ sic nõ sunt in re vel ꝓ rebus: ⁊ sic concedo: ꝙ sunt in re. quia tunc non denotat̃ nisi ꝙ partes aialis ⁊ corporalis sic ordinata sunt in re: ⁊ ista nõ sunt idẽ: sed distincta absoluta diuersimode ordinata. Ad aliud dico: ꝙ ille transitus de contradic° in contradic^m põt sufficienter saluari ꝑ motum localem sine oĩ respectu.

# Questio. viii.

Utrum vnitas vniuersi vl̃ approximatio cã͂r vel distantia rerum iꝑtet respectus distinctos vel res distinctas a rebus absolutis ꝙ sic. quia vnitas vniuersi est in ordine partium ad seinuicem ⁊ ad primum cãs sicut vnitas exercitus est in ordine partium exercitus inter se ⁊ ad ducem. sed i^e vnitas nõ est res absolute. quia ille ab^a possunt eẽ ⁊ non sic facere vnum vniuersum sicut modo faciunt. Unde contra negantes vnitatem vniuersi eẽ relationem põt dici verbum phĩ. 12°. metaphisice ꝙ tales qui sic dicunt: inconuexã faciunt substantiam. ergo ⁊c̃. Secundũ ꝓbatur. quia cause secunde non possũt causare nisi approximate ista approximatio non est ens rõis nec entia absoluta: quia ab^a possunt esse ⁊ non approximari ergo ⁊c̃. Tertiũ ꝓbatur. ꝙ distan^a agentis ad passum non dicit precise agẽs ⁊ passum. quia tunc semper agens distaret a passo. ergo importat respectum distinctum ab illis. Contra. vĩa possũt saluari per absoluta sola ergo respect⁹ supfluit. Respondeo breuiter ꝙ nõ. cuius ratio est. quia quando ꝓpositio verificatur pro rebus. si pauciores sufficiunt: plures superfluunt: sed sic est in oĩbus istis: partes ordinantur in vniuerso cause approximantur. res distant localiter ergo ⁊c̃. Preterea si approximatio propinquitas vel distantia eẽt alia res. sequeretur ꝙ quandocunqꝫ aliqd̃ corpus inferius moueretur in qualibet re corporali vel spũali esset aliqua vera res que prius non fuit. Similiter sequeretur ꝙ in quolibet angelo eẽnt infinite res. quia in quolibet continuo sũt

infinite partes a quarum qualibz distat angelus. ergo sunt in angelo distantie infinite. Si dicat q angelus non habet respectum nisi ad totum τ non habet distictum respectum ad qualibet partem.

Contra. angelus plus distat ab vna parte q̄z ab alia. ergo est alia distantia: angeli ab vna parte continui: τ alia ab alia. τ per consequens alius est respectus. Preterea positis duobus corporibus quacunqz mutatione facta. tunc ipsa dum modo non corrumpantur. nec mutentur secundū locum scd̄m se tota: nec scd̄m aliquā sui partem: equaliter distabunt vel approximabunt. τ per consequens destructis talibus respectibus: duo corpora equaliter distabunt. τ destructo illo respectu qui vocatur ordo vniuersi: adhuc vniuersum ordinabitur tunc: sicut nunc si partes absolute vniuersi manerent non destructe. nec mutate scd̄m locum. Preterea aliter sequitur q per motum digiti vestri replerem de nouo totum vniuersum: scz celum τ terram: naturam corporalem. τ spiritualem. nouis accidentibus. quia quando moueo digitum habet digitus alium situm q̄z prius respectu cuiuslibet partis celi. τ per consequens tot sunt respect9 de nouo in celo quot sunt partes in celo τ huiusmodi sunt infinite ergo τc.

Ad pincipale dico q ordo τ vnitas vniuersi non est quidam respectus qui si quoddam ligamen ligans corpora ordinata in vniuerso adinuicem quasi illa corpora non essent ordinata nec vniuersum vere esset vnum sine tali respectu secundum ymaginationem simplicii super predicamenta: sed ille ordo importat solum illa absoluta que non faciūt vnam rem numero inter que vnum ab eodem plus distat aliud minus. τ vnuz propinquum alteri: τ aliud distat plus: τ minus sine omni respectu inherente: ita q inter aliqua sit medium: inter aliqua non: τ ita melius saluatur vnitas vniuersi sine tali respectu. Ad secundum dico q approximatio causarum n̄ tantum dicit res absolutas. sed importat q nihil impediens sit inter illa. τ iō quando nihil est medium impediens illa tunc vnum poterit agere in reliquuz quando autem est aliquod impedimentum medium: tunc non oportet q vnuz agat in reliquum. hoc patet. quia accipio solem τ aliquod illuminabile: puta aerem in domo si aliquod corpus opacum interponitur. certum est q non aget. Amoto autem illo impedimento: puta aperta fenestra sine omni re noviter acquisita soli vel aeri. potest sol illuminare. τ per consequens. possibile est: q aliqua existentia sic se habent. primo: q vnum non aget in reliquum. et q postea sic se habeant q vnum aget in reliquum propter solam mutationem localem vnius alterius corporis. ymmo aliquando propter solam corruptionem alterius corporis. Puta si opacitas in nube corrumpatur. potest aer illuminari sine omni respectu. Ideo dico q tunc causa dicitur approximata quando agens est: τ paciens: τ nullum medium impediens interponitur quando autem non approximantur: tunc aliquod medium impediens interponitur τ illud aliquando potest amoueri per motum localem agentis vel patientis. Puta quando aer magne quantitatis medius inter aliqua corpora impedit

actionem illorum. Aliquando per mutationem alterius: Aliquando per corruptionem alterius. Aliquando per concursum alicuius cause particularis si qua requiritur ad agendum. Nā si ignis approximetur aque: posset deus primo suspendere eius actionem. ꝛ postea agere cum igne sine omni motu locali vel respectu medio acquisito: vel ꝑdito. Ad tertium dico. ꝙ nec distantia agentis ad passum. nec presentia precise importat illa absoluta. sed presentia importat ꝙ inter illa non sit aliquod medium corpus: vel ꝙ ab vno ad aliō non potest esse motus localis pro tunc. Nunc autem ex ista negatiua non est aliquod corpus medium. non possum inferre istam affirmatiuam. ergo est ibi aliqua res positiua preter absoluta sicut non sequitur nihil est medium inter cōtradictoria. ergo distantia importat. ꝙ inter illa absoluta sit aliquod corpus medium ꝛ distantia dicitur maior: vel minor secundum ꝙ corpus medium est maius vel minus.

## Questio. ix.

Utrum aliquis conceptus predicatur de deo. Quod non. quia nullus conceptus est deus. nec eius est aliquis conceptus. ergo nullus conceptus predicatur de deo. Contra hec est vera in mente: deus est ens in quo predicatur conceptus entis de deo. ergo ꝛ cetera. Quia solutio huius questionis dependet ex quadam difficultate logicali que est de actu significato ꝛ exercito. Ideo primo ponam differentiam inter actum significatū ꝛ exercitum. Secundo ad questionem. Circa primum dico ꝙ actus exercitus est ille qui importatur ꝑ hoc verbum est vel consimile vel melius qui non tantum significat aliquid predicari de alio. sed exercet predicationem predicando vnum de alio: sicut dicendo hō ē aīal hō currit. hō disputat. ꝛ sic de aliis. Actus signatus est ille qui significatur per hoc verbum subici: vel predicari vel verificari vel competere. que idem significant. Verbi gratia. hic actus signatus genus predicatur de specie. similiter hic animal predicatur ð homine. ꝛ tamen in ista propositione nō predicatur animal de homine. quia in ista propositione animal subiicitur: et non predicatur. Et ideo ē act⁹ signatus quia non est idem dicere animal predicatur de homine. ꝛ homo est animal. sicut non est idem dicere genus predicatur de specie: ꝛ species est genus. quia vna est vera ꝛ alia falsa. Ex istis sequuntur alique conclusiones. Prima est ꝙ aliqua propositio est vera in actu significato que tamen est falsa in actu exercito recipiendo idem predicatum et subiectum. sicut hec est vera species predicatur de indiuiduo. tamen hec est falsa. species est indiuiduum. Similiter aliquando est econuerso. quia hec est falsa res extra animam que non est signum predicatur de homine: tamen hec est vera homo est res extra animam que non est signum. Secunda conclusio ꝙ terminus in actu significato supponit etiam simpliciter: sed in actu exercito supponit etiam perso-

naliter. Exemplum hec est vera in actu significato. risibile primo predicatur de hoie. et in illo actu significato tam homo quam risibile supponunt simpliciter pro intentione anime. Nam de hac intentione aie predicatur primo risibile. non tamen pro se sed pro singularibus. Sed iste actus debet sic exerceri omis homo est risibilis et in isto actu exercito correspondente tam homo quam risibile supponunt personaliter pro rebus singularibus. quia nulla res pot ridere. nisi res que sit homo singularis et ideo in actu significato bn ponitur primo. sed in actu exercito correspondente non pot poni: quia hec est simpliciter falsa. de virtute sermois. ois homo est risibilis per se primo. Tertia conclusio q alicui actui significato correspondet tantum vnus actus exercitus et alicui duo ad hoc q verificatur actus signatus. Exemplu primi hec est vera in actu signato passio significatur de subiecto 2°°. dicendi per se. et ad eius veritate sufficit iste actus exercitus. omis homo est risibilis: et no requiritur necessario veritas alicuius alterius actus exerciti Exemplum scdi hec est vera in actu signato. de sono predicat primo esse apprehensibile ab auditu. q de hoc coi sonus predicatur. primo tale predicatum non tamen pro se sed pro suis singularibus Et non debet sic exerceri. ois sonus est primo apprehensibilis ab auditu nec sic sonus est primu et adequatu obiectum auditus. quia vtraqz istaz est falsa de virtute ser. quia vel sonus supponit pro re singulari. et hoc non. quia quelibet singularis est falsa: quia nec iste sonus nec ille est primu obiectu auditus aut pro vli. et hoc non. Tum quia nulla talis e Tum. quia si esset no posset apprehendi ab auditu. et ideo ad veritate illius actus signati necessario requiruntur isti duo actus exerciti: ois sonus est apprehensibilis a potetia auditiua. et nihil aliud a sono pot apprehendi ab auditu: et causa est quia hoc q dico primo dicit id e q predicatur de aliquo vli. et de nullo predicatur nisi de quo illud predicatur et ita est de multis. Quarta coclusio est q tam phi quam coiter loquentes aliqn accipiunt actu exercitu pro actu signato. Aliqn ecouerso. et io ppoes auctoz et magistrales sunt false de vir. ser. sed vere sunt in sensu in quo fiunt. Exeplum doctores concedunt tales propositiones. coloz est primu obiectu visus. triagulus hz tres angulos per se et p° et hmoi qui sunt actus exerciti et sunt simpliciter false de vir. ser. tamen ppoes in actu signato quas intelligunt p istas sunt vere. puta iste. de coloze vere predicatur esse pri^m obiectu visus de triangulo predicatur primo habere tres vbi termini supponunt simpliciter. et isti actui signato correspondent duo actus exerciti. scz isti omnis triagulus habz tres angulos et nihil aliud a triangulo habet tres angulos: vbi termini supponut personaliter. Circa pm argumentum dico q ex predictis patet solu° eius: q conceptus de predicatur de deo significatiue magis: pprie tamen dicitur de conceptu dei. quia iste actus signatus est verus: sz iste actus signatus no debet sic exerceri: deus est conceptus: sed sic. deus est ens deus est bonus: sicut iste actus signatus genus predicatur de spe qui verus est. non debet sic exercer i: species est genus: sed sic albedo est coloz. Ad argumenta principalia patet ex dictis.

## Questio .x.

Utrum psona sit nomē prime impositōis. qꝫ non. quia nomē prime impositionis est nomē prime intētionis. sed persona nō est prime intētionis. ergo ⁊c. Contra. oīa nomia significantia immediate res extra que nō sunt signa: sunt noīa prime impositōis. psona est huiusmodi. ergo ⁊c. Hic primo vidēdum est que sunt noīa prime impositionis ⁊ que scđe. Rn̄deo ad questionē. Circa primum dico qꝫ nomē scđe impositōis dupliciter accipit̄. s. large ⁊ stricte. Large accipiēdo est oīe nomē scđe impositōis qđ significat voces ad placitū institutas. sed nō nisi quando sunt ad placitū institute ⁊ intētōes aīe. Et hoc siue illud nomē sit cōe intētōibus aīe que sunt signa naturalia siue nō. talia aūt nomia sunt huiusmōi nomē. verbū cōiūctō casus: numerꝰ: modꝰ: tempus. Et vocātur ista noīa noīuz. qꝛ nō imponūtur ad significādum nisi partes oratōis. ⁊ hoc ñ nisi dū ille partes sunt significatie. ⁊ ista noīa ita pueniūt intellectōibus aīe: sicut vocibus. hoc mō illa vox nomē est nom secūde impositōis. quia anteꝗ̄ imponeretur ad significādum nō erat nomē. similr noīs anteꝗ̄ imponeretur ad significādū nullius casus erat. Et ex hoc pꝫ qꝫ ista nomina que predicātur de vocibus ita bn̄ qn̄ nō sunt significe: sic qn̄ sūt signe ñ sunt noīa secūde impositōis. ⁊ ideo talia qualitas: prolatū: vox ⁊ hmōi ꝗuis significent voces ad placitū institutaa: ⁊ verificentur pro eis: quia tamē illa significarēt eas si nō essent significatiue sicut nūc ideo nō sunt nomia secūde impositōis sic loquēdo. Alio modo dicitur nomē secūde impositōis stricte illud quod nō significat nisi signa ad placitum instituta: ita qꝫ nō potest competere intētionibus aīe que sunt signa naturalia cuiusmodi sūt talia: figura: cōiugatio ⁊ huiusmodi que solum cōueniūt vocibus ⁊ nō cōceptibꝰ. Similiter noīa prime impositōis dupliciter accipiūtur. s. large ⁊ stricte. Large ō ē nomē dr̄ prime ipositōis qđ ē nom 2ᵉ ipositōis. ⁊ sic talia signa sincathegoreumatica: oīs: nullus: aliquis ⁊ huiusmōi sūt noīa prime ipositiōis. quia nō sunt secūde. Stricte autem accipiēdo solum noīa cathegoreumatica sunt noīa prime ipositōis. sed sunt in duplici differētia. quia quedam sunt noīa prime ipositōis ⁊ quedam sunt prime intētōis. Nam prime intētiōis sunt noīa que significāt res que nō sunt signa: nec psequētia talia signa: cuiusmodi sunt ista: homo: aīal. sortes: plato: album: nigrum ⁊ huiusmodi. Et aliqua sunt noīa prime intētiōis que significāt res que sunt signa ⁊ simul cum hoc res que nō sunt signa sicut qualitas ⁊ forte relatio que est genus generalim. Noīa autē secūde intētōis sunt illa noīa que precise sunt imposita ad significādū intētiones aīe ⁊ alia signa ad placitum instituta. ⁊ talia noīa sunt genus: spēs: vłe differētia ⁊ huiusmodi. qꝛ talia nomina solū significāt itētōes aīe que sunt signa naturalia vel alia signa instituta ad placitum. Circa secūdum dico qꝫ sicut ex dictis patet. persona est nomē prime impositiōis: quia significat res que nō sunt signa. Ad principale argumētum dico qꝫ tam nomē prime intētionis ꝗ̄ prime impositionis: est nomē prime impositiōis ⁊ ideo quāuis persona sit nomē prime intentionis cum hoc stat qꝫ sit nomē prime impositionis.

# Questio .xi.

v Trum per viam efficacie pos/
sit sufficienter probari ꝙ de/
us sit infinitus intensiue. ꝙ sic
quia effectus infiniti arguunt
causam infinitam. sed effectus producti
a deo possunt esse ifiniti. Cōtra. sol po
test producere infinitos effectus. ꝛ tamē
est finitus. igitur. In ista questiōe oi.
2ª. tenet Scotus ꝙ sic. quod probat pri/
mo sic. causa habens a se in virtute sua
actiua effectus infinitos est infinita. sed
causa que ex se potest mouere motu sem
piterno. est huiusmodi. ergo mior est ma
nifesta. Maior probatur. quia oīns effe
ctus continetur in sua causa formaliter
vel eminentius: effectus autem infiniti nō
continentur formaliter in prima causa.
ergo eminenti⁹ s3 hoc nō potest esse nisi
primum sit infinituz. ergo ꝛc̄. Secun/
do sic agens quod potest in plures effe/
ctus est perfectius ꝙ̄ quod potest soluz
in pauciores. ergo quod potest in effect⁹
infinitos est infinite potētie. sed deus est
huiusmodi. ergo ꝛc̄. Tertio sic causa
que potest simul infinitos effectus ꝓdu
cere ē infinita. sed si prima causa haberet
formaliter causalitates oīnium causarū
possibilium posset simul in ifinitos effe/
ctus quātum esset de se. ergo tūc esset ifi
nita. sed ipsa nūc perfectius cōtinet cau/
salitates oīum causarum ꝙ̄ si formali/
ter cōtineret. quia eminētius. ergo est vir
tutis infinite. Cōfirmatur: quia quā/
do pluralitas arguit maiorem perfectio
nem ꝙ̄ paucitas infinitas arguit infini/
tā. sed posse in plures effectus simul ē ma
ioris perfectionis ꝙ̄ posse in pauciores.
ergo ꝛc̄. Quarto sic effectus cui cau/
sa secūda nihil addit ꝑfectōis est infini/
tū. quia si nō sequitur oppoᵐ. Exemplū
qꝛ soli addūt aliquid cāe inferiores ad a/
gēdum: id sequit ꝙ sol est finitus inten/
ue sed nulla causa scda addit aliqd ꝑfe/
ctōis cāe prime. gͦ minor ꝓbatur. qꝛ si sic
tūc quāto plures cause secūdarie ꝯcurre
rēt: tāto effect⁹ ē ꝑfectior p3 7ͦ metha/
phisyce. sed prius effectus dei est ꝑfectis
sim⁹. puta prima intelligētia vel hmōi.
gͦ nihil addit causa secūda. Cōfirma
tur. qꝛ causa prima cui ꝭm vltimum sue
potētie ꝛ causalitatis. causa scda aliqd
perfectōis addit in causando. non potest
sola sine causa scda illuz effectū perfectū
producere: sicut cum illa. quia sua cau/
salitas ē diminuta respectu causalitatis
sue ꝛ cause scde. gͦ si illud quod est natū
eē a cā prima ꝛ scda simul. multo perfe/
ctius a sola prima. tūc scda nihil addit ꝑ
fectionis prime sed oīs finitum cuicūq3
finito addit aliquam perfectōnem. ergo
prima est infinita. Cōfirmatur. qꝛ no/
titia intui. iua cuiuscūq3 creature nata ē
gigni a se: sicut a causa ꝓxima ꝛ secūda/
ria: ergo si illa notitia alicui intellectui in
est sine actōe illius obiecti quod est cau/
sa scda solum virtute prioris perfectius
ꝙ̄ ab vtraq3 simul: illa prima est infini/
ta: qꝛ causa inferior nihil sibi addit ī cau
sando. sed talis causa prime ē eēntia dei
quia ex sola presentia eius apud itellectū
diuinum nullo alio obiecto in inferiori
